

Va. 63.









1


JVS HASSORVM  
IN  
BRABANTIAM  
COMMVNE  
SERENISSIMIS  
LANDGRAVIIS HASSIAE  
VTRIVSQVE DOMVS,

QVOD  
LANDGRAVIIS  
DOMVS HASSO CASSELLANAE

PROPRIVM ASSERERE

NVPER CONATVS EST

KOPPIVS.



GIESSAE

LITTERIS JOANNIS MÜLLERI, ILLVSTR. REGIM. TYPOGR.

A. MDCCXXXVIII.

IN  
BRABANTIAM  
COMMUNE  
SERENISSIMIS  
LANDGRAVIIS HASSIAE  
ATRIVSGVE DOMVS



LA  
DOMVS HASSO CASSELLANAE  
PROPRIVM ASSERERE  
INTER CONTVS EST  
KOPINZ

DISSAE  
LITTERIS JOHANNIS MÜLLER, HILFSTR. RI GIM. TYPOG.  
A MDCCXXXVIII







## PRAEFATIO.

**N**on ita pridem in lucem prodit Jo. Adam. KOPPII, Marburgensium Vice-Cancellarii, Jus succedendi in Brabantiam, quod Serenissima Domus Hasso-Cassellana iure optimo sibi adserit. In eo Auctor illud imprimis egit, ut iura Serenissimorum Landgravorum propiæ Darmstadiæ oppugnaret, & Brabanticam hereditatem Principi suo omnem tribueret. Dum vero iura Hassiæ Principum utriusque stirpis pari ybique passu ambulare nemo non agnosceret, ad *Juris primogeniturae & linealis successionis* figmenta semel iterumque confugere opus habuit. Hoc consilio talem succedendi ordinem in Gente Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ iam a GODOFREDO M., ad JOHANNEM III. vsque incorruptum viguisse asseruit, qualem instituti ratio & conficta *primogeniturae lex* exposcere videbantur. At enim dictis annalium Brabantiæ fides, tot incorruptis monumentis testata, refragatur, nec quidquam momenti habere poterant ad rem sollemnibus pactis,



PRAEFATIO.

ctis, ex quibus Jura Hassiae Principum inuicem  
 vnice aestimari debent, iam satis clare decisam  
 definitamque, adeo quidem, vt quae ille ne-  
 gare ausus est, Serenissimi Principes Hasso-Cas-  
 sellani nunquam in dubium vocauerint, sed  
 potius gestis & actis suis, sollemni etiam formu-  
 la, saepius & iterum agnouerint. Quae cum  
 ita sint, rem nemini dubiam pluribus verbis ex-  
 ponere, aut iura vano conatu negata vindicare,  
 non opus fuisset, nisi, quae de hac re in publi-  
 cum sparsa erant, publicè itidem confutare con-  
 ueniret. Inde praecipuum consilium fuit, non-  
 solum excutere commentum iuris primogenitu-  
 rae vniuersalis, in Gente Principum Hassiae stirpi  
 Cassellanae perperam tributi, quod pactis &  
 clarissimis sanctionibus dudum explosum, caus-  
 sae studio reperere, eique fundamenti loco sup-  
 ponere non dubitauit, sed etiam scriptorum  
 probatorum ac diplomatum optimis testimoniis  
 demonstrare, *ius primogeniturae* in successione  
 Ducum Lotharingiae & Brabantiae nunquam  
 obtinuisse, neque vllum inde commodum ad-  
 uersae sententiae accedere posse; vt adeo ratio-  
 nem parum recte ineant, qui vel vllam prae-  
 rogatiuam iam memoratis Principibus  
 ea in re tributam existi-  
 ment.

SECTIO I.



**SECTIO I.**  
**COMMENTATIO HISTORICA,**  
 De  
**Ordine succedendi Ducum Lotharingiae &**  
**Brabantiae, ab antiquis temporibus vsque ad**  
**Johannem III. seruato.**

**SVMMA CAPITA.**

- §. I. & II. Brabantia olim Austrasiae ac deinde Regni Lotharingici pars, antiquum Augustae Gentis Pipinorum atque Carolingorum patrimonium potissimum continuit.
- §. III. Ducatus Lotharingiae inferioris, nona ratione ab OTTONE II. Imp. institutus, CAROLO Loth. datur, cuius mascula soboles iam in filio OTTONE desit.
- §. IV. Amplum quoque patrimonium habuit EISELBERTVS & RAGINERIVS sen. nobilissimo genere nati, quorum magna in Lotharingiae rebus celebritas.
- §. V. Ex Raginerii hereditate inter filios diuisa, LAMBERTVS sen. Comitatum Louanensem accipit. RAGINERIVM II. LAMBERTVS Barbatum suum habuit, qui cum fratre RAGINERIO IV. opes paternae recuperatas diuidit.
- §. VI. Ottone Duce Loth. mortuo, soror GERBERGA cum Coniuge Lamberto Brabantiae partem, veniente licet cum nouo Duce, Casare, occupat, & cum Louanensi comitatu ab ANSERIDO ei tradito, coniungit.
- §. VII. Lambertum sequuntur filii, HENRICVS I. & LAMBERTVS II, qui extincto Henrico eiusque filio, OTTONE, vniuersam hereditatem, exclusis fratris filiabus, tenuit, & HENRICVM II. atque RAGINERIVM heredes habuit.
- §. VIII. Henricum II. excipiunt HENRICVS III. & GODEFRIDVS I. filii.
- §. IX. Godefridus barbatus, fratre saepe praerepto, vniuersum patrimonium retinet. Lotharingiae quoque Ducatum cum Marchionatu Anewerpiensi ab HENRICO V. Imp. accipit.
- §. X. Comitatus Louanensis a Ducatu & Marchionatu seiuictus mansit, donec in saeculis temporibus diuersae terrae in unum corpus coaluere.
- §. XI. Godefridus I. GODEFRIDVM II. ac HENRICVM filios habet. Henricus cum fratre in communiione terrarum autitarum permanes, & deinde in monasterium concedit.
- §. XII. Inde GODEFRIDVS III. Ducatum consequitur, qui HENRICVM filium in consortium assumit, & ALBERTO fratri auunculi hereditatem integram relinquit.
- §. XIII. HENRICVS I. WILHELMO fratri, Dynastias Paruicum, Rusbruckum atque terras ex communi hereditate tradit. Primus Brabantiae Ducis titulo vsitur, & priuilegium de filiarum successione a PHILIPPO Imp. impetrat.
- §. XIV. HENRICVS II. cum fratre GODEFRIDO de hereditate transigit, cessit terris & redditibus, ex quibus, singulis annis, summa mille librarum pecuniae Louanensis consuebatur.
- §. XV. HENRICO II. filius HENRICVS III. successit. Alter filius ex SOPHIA Thuringica procreatus, nulla parte paternae hereditatis potitur.
- §. XVI. Henricum III. secutus IOHANNES I. remoto fratre maiore natu, HENRICO, GODEFRIDVS, fratrum natu minimus, Comitatum Archotanium cum aliis terris ex traditione cum Johanne inita, retinet.
- §. XVII. Inde IOHANNES II., vnicus

A

Johan-

Johannis I. filius. Ducatum cum reliquis terris habet. Huius heres, filius unicus IOHANNES III, amissis praematura morte tribus filiis, filiae IOHAN-

NAE terras suas deterruit, quarum tamen partem filia secunda a Sorore accipit. Tertia denique terris a patre ei assignatis acquiritur.

## §. I.

**P**agos Brachbant, Bribant, Brasuspant caet. a) Aufrasiae olim regio, hoc nomine iam tum nota, b) plures pagos minores siue Comitatus c) continuit. d) In diuisione Regni Francorum a filiis LVDOVICI III A. DCCCXXXIII suscepta, LOTHAR-

## Ad §. I.

- a) De originaria huius vocabuli significatione egit Godefridus WENDELINVS in natali solo Legum Salicarum cap. 9. p. 84. & GYNDLINGIUS de feudis vexillis §. 16. Addit Oliv. VREDIUS de Sigillis Comitum Flandriae p. 83. Ex Brachbant facilitatis ergo vernacule facta vox Brabant. Vox Germanica BANT GYNDLINGIO idem denotat ac dicitur, ein Gebiet, Herrschaft; WENDELINO vero & LIPSIO terminum, litem, confinia indigitat. Conf. LIPSIVS in Louanio Lib. I. cap. 73. not. 9. Hadr. VALESIVS in Notitia Galliarum voc. Brachbantum, ubi: Brachbantum autem, vt & Austerbantum vel Austebantum & Testebantum vel Testebantum nomina sunt Germanica, a Francis, natione Germana, pagis regionibus olim imposita. Limes enim Germanice Bant dicebatur. Regionum limites ac confinia lingua sua vocari Bant, ait WENDELINVS Belgae, qui Testebantum Taxandriae litem interpretatur; Ostebant, ortium litem dioeceseos Cameracensis. Add. CHRON. GOTTVIGENSE T. I. p. 797. Dav. LINDANVS de Teneracmonda L. I. c. 5. apud J. B. GRAMAYE in Antiquitatibus Comitatus Flandriae.
- b) AVCTOR VITAE S. HVBERTI ap. SVRIVM Aët. SS. 3. Nov. p. 14. Conf. Hadr. VALESIVS c. I. Oliv. VREDIUS in Histor. Flandriae Christianae p. 276. seq. ECCARD de rebus Franciae Orient. T. II. p. 27.

- c) Fines eius describit BUTEENS aux Trophees de Brabant T. I. L. IV. cap. 5. Le pais de Brabant, Brachbant ou Bratubant, est partie de l'ancien Royaume d'Australie & Lorraine, il avoit ci devant vne extension assez ample, comprenant tout ce qu'est entre les rivieres l'Escaut & la Thille vers le-ponent & orient, & les rivieres la Rupelle & le Haisne vers le septreniont & midi, de forte, que dans ses bornes estoient compris Lovain, Bruxelles, Nivelles, tout le pais d'Alost jusques memes dans les villes de Gand, Audenaerde & Tournay, partie du pais de Tenremonde, & tout ce que maintenant est du Pais de Haynaut par deça le Haisne, la quelle partie est encor appellée la Comié de Brabant par corruption Burbant. Add. SIGEB. GEMBL. ad ann. 1059. Aub. MIRAEVS T. I. Opp. diplomat. p. 141. & in Cod. donat. piar. p. 32. in not. Brachbantum olim ab Alosto Tornacum vsque vltra Condatum extendebatur. G. HENSCHENIUS ad Vitam S. Amandi T. I. Febr. Aët. SS. p. 822. seq. DIVAELVS Rer. Brabant. L. I. c. 2. LIPSIVS in Louanio d. c. Ol. VREDIUS Histor. Comitum Flandriae L. II. prodr. cap. 22. CHIPLETIVS Aët. Pindicat. cap. 11. PAVLINI Comment. de Pagis Germ. h. voc. cab. p. 31. CHRON. GOTTVIG. h. voc.
- d) Tab. divis. Regni Lotharii fact. in Procaep. A. 870. ap. BALVZ. T. II. Caput. pag. 222. seq. conf. J. B. GRAMAYE Histor. Brabant. cap. IV. Id Braban-



LOTHARII portionem auxit. Lotharingiae Regno deinde in varios principatus diuiso, ad Ducatum Lotharingiae inferioris, quem *Ripuariorum* atque etiam *Mofanum* nuncupauere, pertinuit; e) ob eam causam satis celebris, quod CAROLINGORVM nec non GISELBERTI sen. & RAGINERIORVM, (ex quorum regia & ducali stirpe Lotharingiae Brabantiaeque Duces non interrupta continuatione generati sunt; §. III. VI. IX. X. f) patrimonium antiquissimum, in variis fortunae calibus, per tot temporum vicissitudines, maxima ex parte seruatum, ambitu suo potissimum includeret.

## §. II.

Augusta gens *Pipinorum & Carolingorum* in ipso fere primordio systematis Francici, iam seculi V. temporibus ex ciuili consortio tot fortissimorum Germaniae populorum coorti, supremis regni muneribus functa est. ARNVLPHI SANCTI & PIPINI LANDENSIS stirpem antiquissimam, tenebrae, quibus Historia Francorum veteris aequi premitur, inuoluunt. Illud tamen satis constat, maiores eorum amplissimum patrimonium in iam memorata regione habuisse, a) magno

A 2

semper

- „ Brabantia quatuor Comitatus con-  
 „ stituit Anthonius, alii decem, alii duo-  
 „ decim. Ego in diplomatis inue-  
 „ nio Comites hos: Nivigellensem,  
 „ Lovaniensem, Bruxellensem, Alo-  
 „ stanum, praecipuos. Denique Gem-  
 „ blacensem, Dartuensem, Nethenen-  
 „ sem, Greziensem, Geldoniensem,  
 „ Hanurensem, Offuziensem, Sogne-  
 „ siacensem, Anghianum, Arlcoten-  
 „ sem. Add. IDEM in *Gembloco* p. 32.  
 e) CHRON. COTTIV. T. I. p. 562. Franc.  
 HARARYS *Annal. Ducum Brabant.*  
 in *Prolegom.*  
 f) conf. *Christoph. BYTKERS d. T. I.*  
 L. II. p. 24. ibi: „ certes entre tant  
 „ de grandes Maisons, celle de nos  
 „ Ducs de Brabant a ceste excellence  
 „ & leurs vassals ceste gloire, que par  
 „ bonnes preuues on peut iustifier  
 „ leur origine & extraction des plus  
 „ grands Princes de la Chrestienté  
 „ voir de Pvnivers & continuer leur  
 „ succession en plus haut degré „, cet.

## Ad §. II.

- a) De S. ARNVLPHO iuvat audire AV-  
 CTOREM *coactum vitae S. Arnulphi*  
 apud Jo. MABILLONIVM in *Aleis*

*SS. Ord. Benedic. Sec. II. p. 149.* vbi  
 commemorat „ Arnulphum Episco-  
 „ pum, Francorum profapia ortum,  
 „ altum sane & nobilem parentibus  
 „ & rebus seculi opulentissimum fuis-  
 „ se. Cui adtipulatur PAVLYS  
 „ DIACONVS de *Episcop. Metens.* apud  
 DV CHESNE T. II. *Scriptor. Histior.*  
*Francor.* p. 201. in verbis: „ Beau-  
 „ mus Arnulphus — — qui ex no-  
 „ bilissimo fortissimoque Francorum  
 „ Itemmate ortus, ita Dei Ecclesiae  
 „ praefuit, vt & Palatii moderator  
 „ sub honore Maiordomatus exite-  
 „ rit. Add. *Hadr. VALERSIVS Ke-*  
 „ *rum Francicarum L. XIII. p. 18. seq.*

PIPINI pater CAROLOMANNVS  
 in Hasbania & Brabantia amplissima  
 bona possedit. conf. AIMOINVS de  
*Gestis Francorum L. IV. c. 20. ap. Fre-*  
*herum* ibi: „ Erat in Regno Dago-  
 „ bertii Pipinus de potentissimis Au-  
 „ strasiarum. ANNALES METEN-  
 „ SES ap. *Chefneum T. III. p. 262.* ibi:  
 „ Pipinus praecellentissimus quon-  
 „ dam Princeps, qui Populum inter  
 „ Carbonariam sylvam & Mosam  
 „ flauium vsque ad Frisonum fines,  
 „ vastis limitibus habitatores, iustis  
 „ „ legibus

semper incremento ex florentissima eorum fortuna accedente. b) *S. Arnulphus* Dux Francorum & deinde Metensium Praeful cum *Pipino*, nobilissimo genere in Mosana regione orto \*) res Francorum magna auctoritate, qua apud suos uterque pollebat, auspiciis diuersorum Regum moderabatur. \*\*) *Pipini* filiam *BEGGAM* \*\*\*) *ANSEGISVS*, *Arnulphi* filius, vir fortis, in matrimonio habuit. Natus his parentibus *PIPINVS de Heristallo Dux & Princeps Francorum* \*\*\*\*) appellatus, rerum gestarum magnitudine piisque donationibus clarus, A. DCCXIV.

legibus gubernabat. Add. *Hadr. VALESIVS d. Lib. XIX. ad a. 613.*  
 „ Habuit *Pipinus* in Pago *Hasbaniensi* arque *Brabantio*, *Austrasiae* inferioris regionibus, multas possessiones villasque, inprimis *Laudinum* vel *Landam*, a qua cognomen inuenit, & domum amplissimam in oppido *Nivallia*. *Cod. HENSCHENIVS* de tribus *Dagoberti* L. I. cap. 6.  
 J. B. GRAMAYE in *Historia Brabantica* c. II. fac. MEYER *Annal. Flandr.* ad a. 615. *Hasbania* olim dicta tetra inter *Mosam* fluvium & *Brabantiam*, qua nunc *Leodiensis* Episcopatus magna ex parte conficitur. Vid. *Hadr. VALESIVS* in *Notit. Galliar.* voc. *Hasbania*. *Aub. MIRAEVS* in *Cod. donat. piar.* pag. 32. *GRAMAYE d. I. CHRON. GOTTVIC. T. I. pag. 423.* *BÜNAV* in *Histor. Imp. T. II. p. 186.* Eo haud dubie respexit, qui antiquos versus, quos ex *Ed. DINTERO* protulit J. J. CHIFLETIVS in *Commentariis Leobarvensis* c. 23. p. 98. composuit, quibus *Pipinus* *Princeps Brabantius* vocatur. *Oliv. VREDIVS Histor. Comitum Flandriae* L. II. prodr. p. 431. & 435. asserit „ *Pipinos* a *Duce Ribuariorum* oriundos, atque „ ab *Austrasiorum* regimine, quod iis incubuerit, Reges nonnunquam appellatos, retento veteri Regum nomine, apud *Francos* antiquitus visitato, quo plures nuncupati sint, tamquam *belli Duces*. Add. IDEM in *Histor. Flandr. Christian.* p. 185. sq. *Conf. AUCTOR de Maioribus Domnis regibus* ap. *Du Chesne* T. II. ab initio. *VITA DAGOBERTI* regis ap. *Eund.* T. I. p. 392. *Carol. le COINT* s. *Annal.*

*Eccles. T. III. ad a. 640. n. 4. pag. 96.* *BOLLANDVS* in *Comment. de B. Pipino Duce* T. III. *Actor. SS. Febr.* ad d. 21. p. 250. *Fr. HARAEVS* in *Prolegom. n. 11. Ik. MASCOV. Geschichte der Teutschen* L. XV. §. 1. *BÜNAV d. I.*

b) *Fr. HARAEVS d. T. I. in Proleg. & p. 1.* & *Diploma Caroli Martelli* ap. *HEDA Histor. Pitracell.* p. 30.

\*) *Conf. J. B. GRAMAYE* *Historia Brabantica* cap. II. *HENSCHENIVS.*

\*\*) De *Pipino* operae pretium erit audire *VALESIVM* *Rer. Franc. L. XX. ad a. 689.* ibi: „ *Vir* Regno, cuius munimentum & praesidium fuit, „ vilissimus — — genere idem, „ potentia & opibus clarissimus, & „ (quod rarius admirabilisque est) „ in summis honoribus & Principall fastigio proximis, modeste demissus; „ pius, prudens, fortis, legum tutela, controversiarum finis, qui „ & *Aulæ* ornamento & *Optimatus* „ exemplo, *Regibus* etiam ipsius patris fuerat, defensoris ac moderatoris loco „ cet.

\*\*\*) De *Begga* iis *GRAMAYVS d. c. 2. in fin.* „ *Grinwaldi* foror — — heres „ res fratrum opum & dignitatis „ etiam, *Ansegilo* nuptui data, in eum „ & *naros* eo filios hereditatis amplissimae ius transfudit. *Ol. VREDIVS* *Histor. Flandr.* p. 434.

\*\*\*\*) *ANNALES METENS. & CHRON. S. BENIGNI DROVENENSIS* ap. *Lud. d'ACHERIUM* T. II. *Specilegi* pag. 368. *VALESIVS* *Rer. Franc. L. XX. II. ad a. 714.* *Carol. COINTIVS* *Annal. Eccles.* ad a. 671. n. 7. & ad a. 687. n. 1. *seq.*



e) A. DCCXIV. in *Hasbaniae* auitate regionis palatio, *Jupila d*) vocato, deceffit. Paternae gloriae ac virtutum quoque heres & sectator insignis, CAROLVS MARTELLVS A. DCCXXI. obiit. e) Huius vestigia legit filius PIPINVS, quem vnitus Francorum populus, meritis huius Genitis erga rem Francicam permotus, miro consensu Regem sibi constituit. Post haec tempora bona auita regiae domus frequentius quidem commemorantur; f) prouinciae tamen atque regna, victoribus armis deinde ac-

quisita,

e) Ita S. Willibrordus pro sua Ecclesia concessit Traiectum cum omni districtu & territorio suo atque omni iure perpetuo possidendum. Diploma habet HEDA d. l. pag. 27. Add. VEN. BEDA apud HARÆVM T. I. p. 23. WENDELIVS de nat. loco legum Sal. cap. 8. diploma Caroli M. A. 779 ad luxit, quo donatio Pipini Heristalli Ecclesiae Aquisgranensis confirmatur his verbis: „Herimalla „in Pago Hasbanienſe, Budilo in Taxandria, Filsfordo in Btagbando. Plures donationes Pipini concessit HEDA d. l. ubi in diplomate quodam haec verba occurrunt: „Contulit villam in Pago „Moforiarum sitam „ de quo pago Lotharingiae inferioris euoluendus Hadrian. VALESIVS in Notis Galliar. vocab. Mofa ac Mofanus Pagus. Add. Charta Pipini ap. MIRÆVM in Suppl. ad donat. Belg. p. 111. & Tomus III. Opp. diplom. MIRÆI P. II. p. 286. (§. VI. a.) Conf. VITA S. Gertrudis ap. SVRIVM 17. Martii. GRAMAYE Antiq. Brabant. in Nouella. Oliv. VREDIVS Histor. Comit. Flandr. L. II. prod. p. 429. VALESIVS in Not. Galliar. p. 123.

d) GESTA REGVM FRANCORVM ap. Jütboem pag. 1. ANNALES METENSIS ad a. 714. & FREDEGARIVS h. a. Fr. HARÆVS T. I. p. 16. Palatium huius in Annalibus Francorum saepius sic mentio & J. J. CHIFLETIVS in Vind. Hispan. cap. 9. p. 46. de eo bene obseruat: „Maiores Caroli M. in vico Jupilia nomine orium habuere apud Ebuornes; nunc Leodienses. CHRON. GORTVIC. d. T. I. pag. 486. „Jupella Curtis „regalis ad Mesam, sub Merouingis „Palatium Ducum Franciae & Maiorum domus haud procul Leodio, in „Comitatu Hasbaniae, e regione fere „Aristalli situm erat. Haer. VALESIVS

d. l. voc. *Jopila*. Conf. HENSCHENIVS de tribus Dagobertis L. IV. cap. 8.

e) CONTINVATOR FREDEGAR. & ANNALES METENS. Plures chartas piarum donationum, quae bona CAROLI MART. produnt, habet MAREVS & HIDA d. l. p. 28. seq. p. 30. & 27. Add. Oliv. VREDIVS Histor. Flandr. Corsisiam. p. 304. seq. Addit Fr. HARÆVS T. I. Annalium p. 33. „Constans traditio est, „Carolus Martellum Legium, nunc „Leodium, donasse sanctissimo Huberto „& successoribus eius, Leodiensibus „Episcopis. Conf. H. VALESIVS Reu. Francicar. L. XXI. ad a. 741. J. J. CHIFLETIVS in Vindic. Hispan. cap. 6. pag. 51.

f) Ita HARÆVS d. T. I. pag. 39. EX GRAMAYO diploma Pipini regis adducit, in quo „Adoni, affini suo, terram in Brabantia, in medio, ubi Scaldia Tylam excipit, dictam Francis Maslinas, donat. Plura de auitis bonis Carolingorum, qui habere cupit, euoluat diplomata CAROLI M. apud HEDAM p. 41. MIRÆVM Donat. Belg. L. II. & T. III. Opp. diplom. P. I. cap. 6. pag. 8. ubi A. 802. „S. Ludgero, Episcopo Monasteriensis, fundatori Abbatis Verdunensis, situm suum in Luthofa donat, in verb. ad perficiendum autem in eodem loco monasterium — — ad eandem Reliquias, PROPRIAS RES NOSTRAS, id est, FISCVM NOSTRV, qui vocatur Luthofa in Pago Brabantiae, cum omni integritate in proprietatem donamus — — cum omnibus ad se pertinentibus terris, cetera. Conf. CALMET Histoire de Lorraine Tom. I. in Probat. p. 262. 263. 273. 274. 277. 278. seqq. in quibus frequens & solennis formula legitur: „rem proprietatis nostrae contulimus: monasterium

quisita, memoriam eorum sua magnitudine paulatim obscurasse videntur.

## §. III.

Regno Francorum, quod mole sua laborabat, PACTO VIRODVNENSE a filii Ludouici Pii A. DCCCXLIII into, in plures partes scisso, ordinataque Lotharingia, cum perperuis libus robur ac potentia Francorum imminueretur; gloriosa deinde Caroli M. stirpe in Francia Orientali ac progenie Ludouici Germanici extincta, regalem familiam, quae in Gallia adhuc supererat, intestini motus, graui virium & dignitatis etiam iactura, conuellerent; memoria bonorum familiae Carolingicae in Lotharingiae monumentis quasi renouata, redire videretur. Etenim pars Regni Lotharingici contra Gallorum motus Germaniae asserti, \*) CAROLO, Lotharii, Francorum occidentalium regis, fratri, Ducatus titulo ab OTTONE II. Imp. A. DCCCCLXXVII. conceditur, terris, quas Gerberga mater in Brabantia possederat, eo potissimum comprehensa. a)

Lotharia

rium in re proprietatis nostrae aedificauimus. Add. HARÆVS pag. 39. LIPSIVS d. l. l. c. 10. Conf. THEODORII Comment. de Palatinorum Origine apud Marg. FREHERVM Orig. Palatin. P. I. in append. LVDVICI PII exlat diploma in MABILLONII Altit. SS. Ord. S. Benedicti Sec. II. nec non aliud in Collectione MARTENI & DVRANDI T. I. p. 88. in quibus rei propriae, in pago Haubanio & Bragbatensi sitas, aliter conuulsi. Taceo alia, quae magno numero occurrunt. Vera nempe scripsit AVCTOR ANNALIVM METENSIVM ad A. 87. „in tantum largus fuit (Ludov. P.) „ vi villas regias, quae erant patris sui, „ & aui & tritau fidelibus suis traderet in possessionem sempiternam. In Diuisione Pracaesidana Brabantia portio Caroli Calui annumerata legitur. Conf. BALVZ. Capitular. T. II. p. 224. Fr. HARÆVS in Proleg. N. I.

## Ad §. III.

\*) SIGEBERTVS ad a. 923. REGINONIS CONTINVAT. ad a. 924. FRODOARDVS ad a. 921. Conf. Dav. BLONDELLVS T. II. Assert. gen. Franc. pag. 263. seqq. Vr. OBRECHTVS in Prodroromo rerum Alsac. c. 7. Ch. BROWERSVS Annal. Trev. T. I. l. IX. pag. 449. GYNDLING in Henrico Aucupe §. 17. & 18. CHRON. GOTT-

VIC. T. I. l. II. p. 155. seq. HARN Histor. Imp. P. II. in Henrico I. §. 3. lit. l. III. MASCOV. Comment. de Rebus Imp. L. I. §. 14. p. 15. seq.

a) Lotharingiae Regnum, quod ab excessu Zuentepoldi Regis a Praesidibus & Vicariis Regum Germaniae administratum fuerat, tandem in varia membra variisque Principibus est diuisum, ex quibus duo imprimis Ducatus emiserunt. Iunabit de hac re audire Hadr. VALESIVM in Notitia Galliar. voc. Lotharingia pag. 286. „ In regno Lotharii vel Lotharingia duo prae caeteris Ducatus maximi & nobilissimi fuerunt, nomine totius regni & ipsi Lotharingia appellati, atque a siliu & fluminibus cognominati. Alteram Ducatum Lotharingiam superioris nec non Lotharingiam Mosellanam, alteram Lotharingiam inferioris atque etiam Lotharingiam Mosanam nuncupauerunt. Prior Ducatus Mosellanorum semper vocatur a Sigeberto; a Wippono Ducatus Lotharingorum; Posterior a Wippono Ducatus Reburuariorum, i. e. Ripartiorum, a Sigeberto semper Ducatus Lotharingiae appellatur. Ex quo iudicari potest, ambos istos Ducatus in regno Lotharii & Zuentepoldi non tam primum constitutos, quam relictos fuisse ac veluti reuixisse. „ Quippe



Lothario rege eiusque filio Ludouico extinctis, Dux Carolus cum Hugone Capeto de regno auito armis certat; hostis tamen impar, victus ac custodiae

B 2

„ Quippe Mosellanicorum & Ducatus  
 „ Ribuariorum in Annalibus Bertiniana-  
 „ nis a. 893 sic mentio. „ Conf. IDEM  
 „ voc. *Mosella, Comitatus Mosellanus pag.*  
 „ 363. *Dav. BLONDELLVS in Assert. genealog.*  
 „ *Franc. T. II. pag. 269. seq. BROUVERVS*  
 „ *Annal. Trevirens. Tom. II. L. X. p. 480.*  
 „ *CHIRON. GOTTVIC. T. I. L. II. p. 750.* Initium  
 „ Ducatus Lotharingiae inferioris ad  
 „ annum 959 refert, atque Godefridum I.  
 „ anno 964 extinctum, primum Ducem  
 „ nominat BYTKENS *T. I. L. I. c. 4. pag. 8.*  
 „ Cum quo consentit *Dav. BLONDELLVS*  
 „ *d. T. II. pag. 269.* in verbis: „ Inferioris  
 „ Lotharingiae Ducatum sub Brunone  
 „ regni totius Archi-Duce regendum  
 „ suscepit (*Vita Brunonis c. 40.*) *Gode-*  
 „ *fridus*, cui anno 964 ex pestilentia  
 „ denato eiusdem cum patre nominis  
 „ & dignitatis successit *Godefridus* al-  
 „ ter, quem anno circiter 976 defun-  
 „ ctum proxime secutus *Carolus Lotha-*  
 „ *rii* Regis Germanus, a. 991 sub custo-  
 „ dia a Hugone Capeto positus, exce-  
 „ pit. Add. IDEM *d. T. II. p. 311.* ibi:  
 „ Bruno — — — coercendis per se Lo-  
 „ tharingis impar, Lothariense regnum  
 „ in duos Ducatus diuisit, Ripuariorum  
 „ scilicet seu inferioris Lotharingiae &  
 „ Mosellanicorum seu superioris Loth.  
 „ Horum *Fridericus*, Capeti regis Soro-  
 „ tiius, qui Castrum Fanense a. 971 fun-  
 „ darat, ab anno 959 ad 84 Dux pri-  
 „ mus fuit. Illorum ab anno 959 *Gode-*  
 „ *fridus I. a. 964 Godefridus II. a.*  
 „ 977 *Carolus*, Lotharii regis frater,  
 „ tertius in ordine Ducatum tenuit.  
 „ Verum enim vero, quamuis verissimum  
 „ sit, *Godefridus* sub Brunone Lotharin-  
 „ giam inferiorem Duces habuisse, tamen  
 „ Ducatum eorum magis bellicum fuisse,  
 „ reperio. Alia ratio Ducatus in  
 „ gratiam CAROLI institui fuit. Quare  
 „ accuratior est *Hadr. VALESIVS*, qui  
 „ *d. voc. p. 287.* Carolum primum Lothar-  
 „ ingiae inferiori Ducem praefuisse asse-  
 „ rit, verb. „ Primum Lotharingiae infe-  
 „ riori seu Mosanae Ducem praefuisse

„ Carolum, Ludouici transmarini, regis  
 „ Francorum, filium, Lotharii fratrem,  
 „ docent haec verba *Sigeberti Anno*  
 „ *DCCCLXXXVII.* Ducatus Lotharin-  
 „ giae datur Carole, fratri Lotharii, re-  
 „ gis Francorum, multis in super con-  
 „ ditio beneficiis, ut & ipse ab insolentis  
 „ desistat, & fratris sui Lotharii moti-  
 „ bus abstinet. Add. IDEM *p. 286. 90.*  
 „ *MABILLON T. III. Annal. Ordini. S. Be-*  
 „ *nedicti. L. XLVIII. n. 43. p. 640.* Ter-  
 „ ras, ex quibus tum Caroli Ducatus for-  
 „ matus, enumerant *WASSENBURG* dans  
 „ *les Antiquitez de la Gaule Belgique,*  
 „ *France, Auvergne & Lorraine. Gith.*  
 „ *KYRIANDER* in *Annalibus Comitatus Au-*  
 „ *gustae Treuororum*, P. DANIEL dans *l'His-*  
 „ *toire de France*, ad h. a. Add. *BROU-*  
 „ *VERVS Annal. Trevirens. T. I. L. X. p. 479.*  
 „ His nempe terrae Gerbergae, matris  
 „ Caroli, a marito Giselberto ei relictae,  
 „ potissimum continebantur, quas, ut vi-  
 „ dicaret Carolus, Lotharingiam turbare  
 „ rat. Ill. *MASCOV Comment. de Rebus*  
 „ *Imp. L. III. §. 4.* Gerbergam vero terras  
 „ in hac regione proprias possedisse, ut  
 „ alia taceam, probat eius Diploma A.  
 „ 968 ap. *MIRÆVM* in *Cod. donat. piar.*  
 „ *c. 37. Opp. T. I. p. 48.* quo Ecclesiae Rhen-  
 „ nensi *Marsnam*, curiam in Comitatu  
 „ *Moselan* siue *Malsungo, Litan, Her-*  
 „ *tram*, caet. donat. Conf. *VALESIVS Not.*  
 „ *Gall. voc. Capracmont. SIGEBERT. ad a.*  
 „ *919.* Add. *not. seq. e*) & §. *IP. not. k*  
 „ & l). De sede Caroli agit *VALESIVS*  
 „ *diff. voc. p. 287.* ibi: „ Carolum ab im-  
 „ peratore OTTONE, eius nominis secu-  
 „ do, Ducem factum, Brucellae sedem  
 „ statuisse, recentes auctores asserunt,  
 „ vbi in insula fluminis *Sennae* pala-  
 „ tium extruxerit, non longe a Basilica  
 „ S. Gaugerici, alii Eihamum vel Einha-  
 „ mum, castrum munitissimum sedem  
 „ praecipuam fuisse Ducatus Lotharici,  
 „ ab eoque Godefridum, qui Ottoni  
 „ Caroli filio, anno MV. in Ducatum  
 „ Lotharingiae substitutus est, Eiham-  
 „ mensem cognominatum esse tradunt,  
 „ — — — Sed

dae mancipatus, in carcere *Aurelianiensi* obiit. *b)* OTTO, *Caroli* filius, Dux Lothar. factus *c)* A. MV. improlis decessit. *Otonis* sororibus, GERBERGAE atque ERMENGARDI, ex laeta stirpe Carolingica adhuc superstitibus, *d)* [de CAROLI enim & LYDOVICI, *Caroli Lash.* filiorum fuga in Germaniam nondum satis constat] vix vnus vel alter comitatus ex terris Lotharingicis ac Brabanticis, a fratre & maioribus eius olim iam possessis, permanfit. *e)* Ducatum HENRICVS II. Imp. GODEFRIDO, Ardennae Comitibus

- ,, -- Sed tamen Lotharingiae in-  
 ,, ferioris Duces circa annum MLV  
 ,, Andewerpum pro sede habuisse in-  
 ,, dicat ipse Sigebertus. Conf. Fr. HA-  
 ,, RRAVS in *Annal. Brab. proleg.* §. 3.  
*b)* SIGEB. GEMBL. ad a. 987. & 988. ALMOI-  
 ,, NVS in *Miraculis S. Benedicti L. IV. ap.*  
 ,, BALVZ. in *Ab. SS. Ord. Bened. S. IV.*  
 ,, P. II. p. 371. CHIEFLETVS in *Vind. Hispan.*  
 ,, cap. IV. p. 35. seqq. BLONDELLVS *gen.*  
 ,, Franc. assert. p. 251.  
*c)* SIGEB. GEMBL. ad a. 991. & 1005. ALBE-  
 ,, RICVS in *Chron.* ad a. 990.  
*d)* MAG. CHRON. BELG. ap. VRSTIS. P. II.  
 ,, p. 90. BYTKENS *Trophées de Brabant. T. I.*  
 ,, L. I. cap. 4. ,, OTTON --- trespalla en  
 ,, l'an MV. sans l'usser aucune poste-  
 ,, rité, & comme il estoit le dernier  
 ,, hoir masle de ceste sainte & Impe-  
 ,, riale lignée de Charlemagne, tout le  
 ,, droit, succesion, heritage & preemi-  
 ,, nence de ceste tres grande famille  
 ,, passerent aux Comtesses de Louvins &  
 ,, de Namur, les soeurs. Add. CHIEFLET.  
 ,, in *Vind. Hisp. cap. IV. & Linn. genealog.*  
 ,, ad *Vind. Hisp. XIII.* vbi probat, Gerber-  
 ,, gam sororum Otonis natu maiorem  
 ,, fuisse: cum quo consentit BYTKENS  
 ,, T. I. L. II. pag. 24. *Ant. MIRÆO T. I.*  
 ,, *Opp. diplom. p. 364.* contraria sententia  
 ,, arripit, ita enim ille: „ *Ermengardis*, vt  
 ,, primogenita, nisi fallor, nominatur  
 ,, primo loco. MIRÆO adscriptur *Jus.*  
 ,, MEYER *Annal. Flandr. L. II. ad a. 1005.*  
 ,, & *Dav. BLONDELLVS T. II. Assert. gen.*  
 ,, Franc. p. 201. & 271.  
*e)* Otone mortuo, sorores eius tertas, ab  
 ,, eo possessas, atque Ducatu Lothar.  
 ,, adscriptas, ceu legitimam hereditatem  
 ,, sibi debere crediderunt: Vid. ALPH. DEL-  
 ,, BENE de *Regno Burgund. p. 177.* „ Hae  
 ,, (*Gerberga & Ermengard*) heredita-

,, tis iure Lotharingiam ad se pertinere  
 ,, praedicabant, & in possessionem eius  
 ,, ingredi conate sunt. Conf. CHIEFLET.  
 ,, in *Lothar. mascul. cap. 1. f. B. GRAMAYE*  
 ,, *Histor. Brabant. cap. VI. & VII. FULLON*  
 ,, *Histor. Leodens. Tom. I. ad annum 1013.*  
 De terris Gerbergae tum relictis, Au-  
 ,, ctiores parum conueniunt. Ita enim  
 ,, CHRON. BELG. p. 90. 96. & 97. „ Mortuo  
 ,, „ Otone --- Ducatus Loth. datur  
 ,, „ --- Godefrido, Gerberga filia  
 ,, „ Caroli & sorore Otonis Ducis ---  
 ,, „ solummodo Comitatum Lovaniensem  
 ,, „ & Bruxellensem retinente. DINTERVS,  
 ,, rerum Burgundicarum grauis Auctor  
 ,, L. IV. c. 2. magis accurate cogitateque  
 ,, scripsit: „ Gerbergam Lamberto in do-  
 ,, tem attulisse Dominium Comitatus  
 ,, „ Brabantiae & Bruxellensis, tanquam  
 ,, „ verum allodium, quo priuati non  
 ,, „ potuerit. Add. CHIEFLET. *Pivde. Hi-*  
 ,, *span. cap. IV. STOCKMANN'S de Jure de-*  
 ,, *uoluit. P. II. cap. II. n. 8. & Decis. Bra-*  
 ,, *bant. l. n. 17.* vbi addit: „ Historiae at-  
 ,, „ que annales Belgici testantur, Comi-  
 ,, „ tatum Lovaniensem, Bruxellensem,  
 ,, „ Thonensem, tanquam verum Allo-  
 ,, „ dium, iam olim possessum fuisse a  
 ,, „ Principum nostrorum praecessoribus.  
 ,, „ Paulo post tempore Hugonis Capeti,  
 ,, „ adeo ipse Comitatus Brabantiae, tan-  
 ,, „ quam allodium allatus fuisse dicitur  
 ,, „ LAMBERTO LOVANIENSI in dorena &  
 ,, „ GERBERGA. Conf. Jo. MOLANVS *Mitl.*  
 ,, *Sacrae Ducum Brabant. cap. 42.* „ Mor-  
 ,, „ tuo Otone sine liberis, Lambertus  
 ,, „ matris Gerbergae amplissimum di-  
 ,, „ strictum, Comitatum Lovaniensem &  
 ,, „ Brabantensem, in iure sancto Henrico  
 ,, „ Imper. multorum potentissimorum  
 ,, „ Principum sanguine, affinitate atque  
 ,, „ foederibus subnixus, sibi retinuit iure



hereditario ex parte vxoris suae Gerbergae. Add. Nic. de GUYSE *Mont. Hannoniae* c. 23. ap. GRAMAYE in *Antiq. Comit. Flandriae*: „Lambertus Louaniensem Comitatum adsecutus vixit & coniugis suae dorem. GRAMAYE *Hist. Brabant. cap. VII.* „Penes Gerbergam & Gerberga natum Carolum & Carolo Ottonem mansit cum Bruxella, Antwerpia & Nivellem Louaniam. Ottonis soror, Gerberga Lamberto, Ragnerii Excomitis filio, nuptum concessit, qui, inuito Caesare, Francorum opibus frater, Louanium occupauit, & auulsum a Lotharingico corpore Comitatum sibi posterisque asseruit. Jac. MEYER *Annal. Flandr. Lib. II. ad a. 1007.* „Moritur absque liberis vltima Caroli M virilis progenies, Otho, Lotharingiae Dux, Caroli, ab Capero capti, filius. De possessione Lotharingiae grandis oritur discordia. Duas reliquit Otho mortiens Sorores — — His spretis feminis, Henricus Caesar — — quum in eam prouinciam summum habet iudicium, Godefredo, Duci Arduennae, Godefidi filio, Lotharingiam dedit, assignato Gerbergae, Lamberto nuptae, Louanienium tantummodo Comitatu, qui cum Louanio Bruccellam Andouertiamque & Niuegellam amplectebatur. Pet. DIVÆVS *Rerum Brabant. L. VI.* „Gerberga Lamberto Montensi nupta, qui post focii mortem Louaniensem Comitatum obtinuit, qui Louanium, Bruxellam, Niuegellam, Vileuordiam cum Fura & Sonia sylua complectebatur. IDEM *tamen L. I. c. 4.* affirmat, se habere auctores, qui Lambertum Louaniensem comitatum, tanquam proprium patrimonium possedisse testentur, mouetque eum *Diploma Ottonis M Imp. a 948,* in quo Lamberti Comitis Louanienis mentio fit ap. MIRÆVM in *Cod. Donat. Belg. Tom. I. Opp. dipl. p. 41.* Scrupulum hunc eximere frustra annititur Fr. HARÆVS *T. I. pag. 164.* & STOCKMANNVS *d. cap. n. 6.* Ab his parum discrepat BALDWINVS DE AVENIS in *Genealogis* apud D'ACHERIUM *T. III. Spicilegii p. 294.* ibi: „Lambertus Bruxellam tenebat in sua heredi-

tate, Gerberga vero erat Comitissa Louanienis de hereditate sua. Contrarium eamque longe vetiorem sententiam tuetur LIPSIVS in *Louanio L. I. c. 10.* ibi: „Dumtaxat Comitatus Brachbantensis & Bruzellenst, cum iis quae adhaerebant, apud Carolinam hanc stirpem manserunt, & Comitatum Louaniensem insigni accessione auerunt. Cum LIPSIO consentiunt Aub. MIRÆVS in *notis ad Donat. Belg. Opp. dipl. T. I. p. 41.* & BUKENS *Troph. T. I. p. 74.* quibus iungendus CHIFFLETII sententiarum oppugnator acerrimus Dav. BLONDELLVS in *Assert. gen. Franc. in Praefatione apologetica* ibi: „Chiffletius Mirero erranti se compressis oculis committens, Gerbergae, Ottonis, Loth. inferioris Ducis, Germanae ex eius hereditate assignatum ab HENRICO I. Louaniensem Comitatum putat, nec videt, Ottonem cum parente, Carolo Louanienfi, Comitatu caruisse, quem A. D. 948 Lambertus, Ragnerii I. Ducis filius, & Ansfridus, Lamberti filius, ab anno circiter 956 ad 992 & quod excurrit successus possederunt: hic vero monasticen professus, Lamberto propinquo Gerbergae marito & posteris possidendum reliquit, prout anno 1736 antequam de vindictis suis Chiffletius cogitaret Ch. BUKENVS in *Troph. Brabant.* demonstrat. Add. IDEM *T. II. pag. 259.* quo tamen loco non satis cogitate scripsit. Oliv. VREDIVS de *Sigillis Comitum Flandr. p. 81.* ibi: „Cum stirps Lotharii masculina defecisset in Othone, filio Caroli — Imperatores tam inferioris, quam superioris Lotharingiae Duces creauerunt, beneficii suae officii nomine Imperio obnoxios, quos pro libitu amouerunt, nonnulla tamen portione Gerbergae, Othonis sorori, nuptae Lamberto Montensi sine Longicollio, Ragnerii III. Comitis Hannoniensis fratris, Louanio videlicet, Bruxella, Niuegellam, eoque tractu, qui Brachbantum appellabatur, sito ad alteram ripam Scaldis Bruxellam vsque: cuius partem etiam paterno nomine possidebat Lambertus. Certissimum est, Louaniensem Comitatum iam a maioribus

Comitis filio, dedit. *f*) Tum Gerberga LAMBERTO BARBATO, non minus nobilissimo ac antiquo genere nato, nupta erat. *g*) Eam Brabantia Ducis, & qui de stirpe horum Principum adhuc superiunt, Hassiae Landgrauit, communem matrem venerantur, singulari ac fere proprio Sere- nissimae Gentis ornamento, quum Gerbergae Carolingicae mascula pro- genies etiamnum in ea perduret. *h*)

## §. IV.

Iam de paterno Brabantiae Ducum genere enumeratione maiorum  
LAMBER-

ribus Lamberti possessum, (§. V.) nec Gerbergae in dorem concessum, nec Carolo relictum fuisse, quamquam probabilis coniectura sit, Carolingos eum ad hanc familiam olim transulisse; (vid. *f. B. GRAMAYE in Louanio p. 6. & seq. nonnae edit. Antiquitat. Brabantiae*) Carolo vero bona, matri Gerbergae quondam doris loco tributa, (de quibus antea grauis contentio seruebat) permisa, & ex iis, additis aliis terris. Ducatus patrimonium efformatum, aequae constat. Conf. *BROWERSVS Annal. Treuiren. T. I. p. 479. III. MASCOV in Comment. de rebus Imp. L. III. §. 4. (Add. §. IV. not. I.)* Ex quo nunc manifesta erit ratio acerrimae litis, tum inter Lambertum Barb. & nouum Ducem Godefridum, ab Henrico II. creatum, agitatae. conf. §. VI. c.) Terras, quae tum Comitatu Louanensi & Bruxellensi comprehendebantur, accurate recenset *BYTKENS T. I. L. I. c. 6.* cui iungendus *f. B. GRAMAYE in Bruxella p. 3.* vbi de titulo Comitris Bruxellensis haec obseruat: „ Nomen Comitris Bruxellensis in usu esse desit, postquam Bruxella Louanio iuncta fuit. Et quamuis Historiae nostrae Comites omnes ante Barbatum nunc Bruxellenses, nunc Louanenses vocent; tamen diplomata post Gerbergae nuptias cum Lamberto Louanensi nullius Bruxellensis meminerunt. *ERMERGARDIS, Ottonis & Gerbergae sororis, Alberto Namurcensium Comitis nupta, non minus terrarum partem ex fratris hereditate accepit, de quibus GRAMAYS in Thesis p. 40. Antiqu. Brabant. & in Historia Namurcensium cap. 5. agit, eoque imprimis Thenensem Comitatum refert. addita breui eius historia, qua simul indicatur, quomodo hic*

Comitatus deinde ad sortem Gerbergam peruenit.

*f*) *CHRON. BELG. pag. 90. SIGEB. GEMBL. ad a. 1005. CHIFLET. in Lorbar. mast. cap. 1. f. B. GRAMAYE Histor. Brabant. cap. V. vbi locus memorabilis: „ Cacterum „ post Ottonis antedicti mortem, cum „ Imperator, posthabito Lamberto Louanensi, Godefridum Arduennarem, „ Lotharingiae Dacem creasset, rebel- „ tante Louanensi, per annos multos „ Brabantia, vi nunc est, duos agnoscit „ Principes. Louanium quidem cum „ suis vicinis, Lambertum & successores „ Comites; Hasbania, Taxandria & „ vicini Godefridum Arduennarem & „ successores, Lotharingiae inferae Du- „ ces. Add. SUPPLEMENT aux Triphées de Brabant T. II. L. III. p. 285.*

*g*) *SIGEB. GEMBL. ad a. 977. conf. CHIFLET. Lum. genealog. ad Vind. Hist. XIII.*

*h*) Conf. *BYTKENS T. I. p. 24.* „ Il est evi- „ dent, que tous les droicts prémi- „ nence, Noblesse, splendeur & gloire „ de ceste tres-puissance, tres-Auguste „ & tres-sainte maison de Pipins & „ Charlemagne, sont fondues & devo- „ lues par vrayes successions a nos Ducs „ de Brabant, qui en sont les vrais he- „ reiters & successeurs. Add. *CHIFLET. Vind. Hist. cap. 3. §. 4. & Lum. genealog. XIII. Thuringiae Landgrauorum genus a Carolo Loth. eiusque filio, Ludouico, deduxit Dav. BLONDELVS Gen. Franc. T. II. p. 34. seq. 251. seq. & p. 295. Add. PAGIUS ad a. 900. n. 7. III. MASCOV Comment. de rebus Imp. L. III. §. 19. Conf. tamen CHIFLET. in Vind. Hist. c. 4. Perillust. DE SENCKENBERG in Demonstrat. originis Ludouici Barbatu T. III. Selector. Jur. & Histor.*



LAMBERTI BARBATI actum sumus, ita quidem, ut opum ac terrarum praepotentis huius familiae simul ratio habeatur. Maiores GISELBERTI *sen.*, a quo Lambertus genus suum reperit, nos fere latent. Ipse *Mansuariorum a)* Comes in antiquis Lotharingiae monumentis vocatur. *b)* Vir auctoritate gravis, plurimum apud filios LUDOVICI III gratia valuit *c)* CONIUX LOTHARII Augusti filia, *d)* ex qua RAGINERIVM *sen.* procreavit. Huius

C 2

## Ad §. IV.

*a)* Pagus Mansuariorum Hasbaniae confinis erat, quod probatur diplomate Roberti, Comitis Hasbaniae, apud *MIRAEVM* in *Donat. Belgic. L. II. Opp. diplom. T. I. p. 493.* BYTKENIVS *Trop.* *Brabant. T. I. p. 14.* hunc pagum describit hjs verbis: Il semble que la Comté de Mansuarie faisoit partie de la Taxandrie, & étoit située entre la Comté de Los & le pais de Ryen, envèrs le Demme, ou le villages de Scaffen & Meethout se trouvent. L'Abbaye d'Everbode semble être fondée en ce district; qui semblablement est de l'ancien patrimoine de nos Princes & maintiennent est aussi incorporé au Brabant. Conf. GRAMAYE in *Antiqq. Brabant. in Maelandia* CHRON. GOTTVICENS. *T. I. pag. 676.* ibi: „Pagus Mansuariorum seu Mansuariorum Ducatus Lothar. inferioris, conjungitur cum pago Hasbanensi in charta quadam Roberti, Comitis Hasbaniae, de a. 746 apud *MIRAEVM L. II. Donat. Belg. c. 5. p. 493.* ex quo colligitur, eandem infra Pagum *Hasbanensem* versus fluvium Mosam situm fuisse, prout hoc confirmatur ex eo, quod Giselbertus Comes, autis Giselberti, Ducis Lothariensis, & pater Comitis Raginerii, ab Historicis Comes Mansuariorum nominetur, & prope Duisos vel Dordracum (Dortrecht) ad Mosam habitaverit, quamvis genuina huius pagi situatio ex hoc erui nequeat. Add. ECCARD *Revis. Francicar. T. II. p. 396.* Praeter hunc Comitatum Giselbertus Comitatum *Darnuensem* tenuit, quod probat diploma Anisfridi Comitis a. 962. apud *MIRAEVM* in *Notit. Ecclesiar. Belg. Tom. I. Opp. p. 648.* & *FREHERVM* in *Orig. Palat. T. I. in append. p. 32.* nec non diploma

*p. 41.* & *BYTKENIVM* in *Probat. pag. 16.* Conf. IDEM *T. I. pag. 33.* & *p. 13.* ubi de situ huius Comitatus haec habet: „Ce district est aussi compris dans l'ancien Hasbaing & est a situation entre le Brabant, le Namurois & la Sambre, aux environs de Gemblours, Walhain, Concoy, Courul, Villers — — C'est de l'ancien patrimoine des Princes de Brabant, & maintenant est rejoiné au Brabant moderne. Add. VALESIVS *Notit. Gall. voc. Sabis fluvius.* CHRON. GOTTVIC. *d. T. I. pag. 377.* ibi: „Pagus Darnuensis, Darnuensis, Darnuensis, situs erat intra fluvios Sambre, Dilam & Geldinum (nunc Geere) ad confinia Brabantiae versus Murcum. In hoc fuerat celebre Ordinis S. Benedicti Monasterium *Gamelans, Gemblacum* (nunc Gemblours ad Ornu) villa *Sodoia* super fluvium *Geldinum, Villare* nunc *Villeers*, prope *Gennape* ad dextram, cet. *DVID* in *Elisoria Normannorum* ad finem Saeculi X. *Scripta Lib. II. RAGINERIVM LONGICOLLVM* propterea *Hasbatensem* & *Hasnancensem* Ducem vocavit. vid. *BYTKENS T. I. in Prob. p. 12.* Conf. G. *HEINCHENIVS* de *tribus Dagobertis Lib. IV. cap. 2. p. 349.* ECCARD. *d. T. II. pag. 782.* & *III. MARGOV. diss. de nexu Lothar. cum Imp. §. 29.*

*b)* NITHARDVS de *diss. filior. Ludovici Pii L. III. ap. PITHOLEVM pag. 467.* ECCARD *d. T. II. pag. 782.* BYTKENS *Tropées de Brab. T. II. p. 34.* & *T. I. p. 88.* & *Supplement. T. II. L. III. p. 284.* *BUNAV. Hylor. Imp. T. II. p. 249.*

*c)* ANNALES METENSES & EVIDENSES *ad a. 847. 848.* ECCARD *d. T. II. p. 390. 396. 782. seq. BUNAV T. IV. p. 156.* BYTKENS *T. I. L. II. cap. 2. pag. 33.*

*d)* BYTKENS *T. I. pag. 35.*

Huius opera & consilio ARNVLPHVS *Imp.* potissimum vſus, quomagus Lothariensis ZVENTEPOLDVM, ex concubina natum filium, regem patere-  
rentur: quare *Abbatiam S. Seruati* Traiecti in pago Hasbanienſi ſitam, praemium nauaræ operæ tulit. e) *Ratbodi* tamen, Treuirenſis Archi-  
Episcopi, artibus gratia regis deinde exurus, Abbatiam reddere iuſſus eſt, cumque mandato paullulum obniteretur, Zuentepoldus bonis omnibus atque beneficiis priuatum regno expulſit. f) Sed regem minus ſapien-  
tem, Lotharingis ob ſeruile iugum ſatis inuiſum & a ſuis deſertum, coniu-  
ncta Lotharingorum manus praelio occidit. *Raginerius* vero patriæ patriæ tranquillitatem aegrius reſtituens, a CAROLO, Francorum occidentalium rege, Dux, vt videtur, creatus, g) amiſſa recepit. h) Quatuor ei filii fuerunt, in rebus Lotharingicis celebratiſſimi, GISELBERTVS nimi-  
rum, RAGINERIVS, LAMBERTVS & BALDERICVS. i) Gifelbertus, filio-  
rum natu maximus, bonorum ac tertiarum parentis partem, qua *Abbatia*,  
*S. Seruati*, *Stabulensis* & *Malmundariensis* continebantur, accepit. Praeterea patris Ducatum a Carolo rege obtinuit k), iam a Lotharingis Dux

e) ZVENTEPOLDI *Præceptum pro Abbatia S. Seruati datum A. 898.* apud MIRÆVM in *dip. Belg.* p. 252. BVTKENS *T. I.* dans les *Preuves* p. 13. ſeq. BROWER *Annal. Trev.* L. IX. p. 441. & 448. Add. REGINO ad a. 888. ibi: „Suendibolch Ragine-  
rium Ducem ſibi fideliffimum & vni-  
cum Conſiliarium, neſcio cuius in-  
ſinecto, a ſe repulſit, & honoribus he-  
reditariis que, quas in ſuo regno ha-  
bebat, interdixit, eum extra regnum intra quatuordecim dies ſecedere iuſſit. BROWER d. l.

f) Vid. diploma ap. HARÆVM in *Annal. Duc. Brabant.* T. I. p. 123. Add. BVTKENS *T. I.* L. I. c. 2. SIGEB. ad a. 927. BÜNAV *Hiſt. Imp. T. IV.* p. 275.

g) RABODI *Chronicon* ap. HEDAM de *Episcopis Vltra.* p. 71. HERM. CONTRACTVS ad a. 900. BVTKENS *T. I.* pag. 36. ECCARD de *Reb. Franc.* T. II. pag. 797. ſeq. BÜNAV *Hiſt. Imp. T. IV.* p. 162. 167. *Raginerius*, Lotharingiæ Procerum facile potentiffimus, beneficio Caroli regis ſua haud parum auxerat, de qua re iuuabit audire BVTKENIVM *T. I.* L. II. c. 3. pag. 37. ibi: „Il eſt fort apparent, que noſtre Prince Raginier poſſeda la pais de *Brabant* comme auſſi partie de l'*Haſ-  
baug* & *Haynau* avec la *Taxandrie*. conf. BÜNAV d. *Tom. IV.* p. 275. CONRAD. VRSBERG. & ANALISTA SAXO ad a. 916.

*Raginerium* vocant Principem nobiliſſimum, patrium Caroli ſidiſſimum *Tuorum*. Add. GYNDLING in *Henrico Aucup* pag. 69.

b) BVTKENS *T. I.* L. II. c. 3. ECCARD d. *T. II.* pag. 834. BÜNAV *Hiſtor. Imper. T. IV.* p. 275. *Ant. MIRÆVS* in *Cod. donat. piar.* pag. 41. in not. tres tantum priores nominat, verbis: „Raginerius I. Ha-  
bacenſis & Heinaucenſis Dux, ex AL-  
brada tres filios iuſtulit, GISELBER-  
TVM, Lotharingiæ Ducem primum,  
Gerbergæ maritum, RAGINERIVM  
LONGICOLLVM & LAMBERTVM hunc  
noſtrum; *Comitem Louanenſem*: haec  
colligi dantur ex *Diplomate Marſa-  
nenſi* anno 968 per eandem Gerber-  
gam dato, quod in notitia noſtra cap.  
64. recitabimus, idemque ex *FLOR-  
DOARDI Chronico* ad a. 924. & 956. Add. *Jo. DE BEKA* in *Chron. de Episcop. Vltraic.* in *Anſfrido Episcopo* p. 37.

i) ECCARD d. l. BÜNAV *T. IV.* p. 275.

k) WITIKINDVS *Annal. Lib. I.* p. 637. ANALISTA SAXO & *Conrad. VRSBERG.* ad a. 916. BVTKENS d. l. BÜNAV c. l. Bona inſignia a Carolo rege accepſiſſe Gifelbertum conſtat, quae quidem noſſe operæ pretium erit. Ita vero de his VALESIVS *Notit. Galliar.* voc. *Capraemont*, „Apud *Conradum Viſpergenſem* Abbatem dicitur *Gifelbertus*, Belgae, „rum



Dux & Princeps habitus. \*) Bello Germanos inter & Gallos de Lotharingici regni possessione orto, Henricus I. Imperator Gisibertum, contractis inimicitias a Carolo rege diffidentem \*\*) & astu captum, Lothariensi regno praefecit l) data in matrimonium filia, Gerberga, quo rebus suis apud hanc Gentem haud parum consultuit. Post Henrici mortem Dux

D

turbis

tum Dux. recepisse beneficia vacantia a rege Carolo Hebere, Traiectum, Jupila, Harballum, Marsnam, Littam & Capraemontem. Conf. Conrad VRSBERG. in Henrico I. reg. ex quo loco apparet, Gisibertum haec beneficia iam ante, quam gratia Caroli regis exciderat, tenuisse. Tum vero restitutum, ea cum reliquis, quae amiserat, recepisse.

\*) FRODOARDVS ap. Pithocum pag. 111. CHRON. VIRDVENSE apud Labbeum ad a. 920.

\*\*) FULCVINVS, Abbas, de Gestis Abbatum Lobviniem c. 19. ap. D'ACHERIVM T. II. Speculę p. 736. ibi: „Gisibertus, Clotariensium Dux, flocci pendens regiam (Caroli) maiestatem, regi sibi viupauerat summam — — Gilleberto, qui tunc Clotariensium Ducatum agebat, iubente, imo extorquentem potius & urgente consecratur Hiladunus Episcopus (Leod.) ab Herimanno, Agrippinae sedis Archiepiscopus, nomen & iniustato genere, absque Regis & Procerum regni sanctione. Add. Dav. BLONDELVS *Affert. general. Franc. T. II. p. 263.* ibi: „Gisibertus, Dux Lotharingiae, nobilitatis Peinceps, Caroli decreto sub S. Servatii nomine in Traiecto loco conditum Abbatiam Treuirensis Ecclesiae A. 920 restitueret iussus, illam iniustam iniuria vlcisci statuit, caeter. Diploma Caroli in Treuirensis gratiam datum habet BROUWER. *Annal. Tren. T. I. L. IX. p. 448.* De Transactione inter Gisibertum & Rougerum, Archi-Episcopum Treuirensis. a. 917 inita vid. *INEM d. L. IX. p. 450.*

d) SIGEB. ad a. 927. „Henricus inspecta industria & potentia Gisiberti, filium suam Gerbergam ei despondit, & eum iterum Lotharingiae praefecit. WITICINDVS L. I. ap. MEIBOM. p. 10. ibi: „Erat autem GISIBERTVS nobili

generis ac familia antiqua natus.

Quem Rex satis laetus suscepit, quia

per ipsum totum Lotharii Regnum

se habiturum arbitratu est. Deinde

de videns adolescentem valde industrium,

genere ac potestate, diuinitis

quoque clarum, liberaliter eum coe-

pit habere, ac postremo desponsata

sibi filia, nomine Gerberga, adiunxit

pariter cum amicitia iunxit eam sibi,

sublegato omni ei Lotharii Regno. Add.

Vita S. GERARDI Abbatis Bronensis apud

MABILLON *Act. SS. Ord. S. Benedicti.*

Sec. V. p. 263. BYTKENS T. I. L. I. cap. 1.

Et v. p. 7. seq. ibi: „Gisibert, filius de

Raginier, Duc & Comte de Brabant,

de Hasbaing & de Hainsaut, fut le

premier, qui sous l'Empereur Hen-

ry I. obtint le titre Ducal par tout le

Royaume de Lothier ou Lorraine en-

vers l'an 927. Telle *fo. B. GRAMAYO*

*in Histor. Brabant. cap. 5.* vbi auctoritate

ROBERTI *Histor. Selt. 66.* aliorumque

nitiur, Gisibertus tum cum Gerberga

coniuge ab Henrico I. Imp. Brabantiae

partem cum Marchionatu accepit dotis

nomine. Ita enim ille: „Alli dotis

nomine Comitatus in Brabantia qua-

tuor & Marchionatum Angwerp, cum

Gerberga, Henrici Aucupis Imp. filia,

Gisiberto volunt accessisse. Add.

Paul. *MILIVS de rebus gestis Franco-*

*rum Lib. III. in Ludovico K. pag. 97.* ibi:

Niuellae, Louanium, Bruxellae, Ant-

werpia nominatim Gerbergae volunt

accessisse. Conf. SIGEBERT. *GEMBL.*

ad a. 927. *LYCÆ vralter Eusebiani*

*P. II. cap. 3. p. 103.* *LVDEWIG Singul.*

*Jur. Publ. cap. 4. n. 796.* Verum Loua-

niensem Comitatum iam Ragenarius

sen. ac deinde filius Lambertus, frater

Gisiberti, possedit. Vid. §. III. not. d)

§. V. not. b). Ex reliquis terris quaedam

filio Gerbergae, Carolo, Lotharingiae

Duci, concessae. Vid. §. III. not. a).



turbis ac diffidiis in regia domo exortis, implicitus, prope *Antonacium* Rhenum traiecturus, vndis mergitur, m) relicto filiolo, Henrico, qui paulo post patrem obiit. n)

## §. V.

Gisilberti frater RAGINERIVS II. *Comitatum Montis* in Hannonia, a) LAMBERTVS vero *Louanienfem* b) in Brabantia ex parentis hereditate acceperant.

m) SIGEB. ad a. 943. WITICHINDVS L. II. pag. 648. CONTINVATOR REGINONIS ad a. 939. FRODOARDVS ad a. 939. ap. Pithocum p. 148. VITA S. GERARDI, Abbatii Bronensis, c. I. p. 265.

n) AVCTOR *Gesforum Imp.* ab Henrico Accipe usque ad Henricum P. ap. Leibnitium T. I. pag. 708. BYTKENS d. I. MASCOV *Comment. de rebus Imperii* L. II. §. 7. p. 31.

## Ad §. V.

a) SIGEB. ad a. 959. BYTKENS T. I. L. IV. c. 7. pag. 46. ibi: „Raginer eult pour partage la Comté de Haynau, & par ce que la ville & chateau de Mons estoit li cour & résidence ordinaire de nostre Prince, il fut communement qualifié Comte de Mons, tout ainsi comme son frere Lambert, fut appellé Comte de Lovain a mesme raison. Add. III. MASCOV *Comment. de Rebus Imp.* L. II. §. 21. *Bühav Hist. Imp.* T. IV. p. 275.

b) Vid. Diploma OTTONIS M. de A. 943, quo Lambertus Comiti Louanienfi, vito forti ac bellicoso, *Aduocacia* Abbatiae Gembluæ conceditur, ap. MIRÆVM in *Cod. donat. piar. Opp. diplom.* T. I. p. 41. & in *Gestis Abbatum Gemblacensium* ap. LUC. D'ACHERY T. II. *Spicilegi* pag. 761. Conf. *Pet. DIVÆV L. II. Rerum Brabant. cap. 7.* LIPSIVS in *Louano. Antib. MIRÆVS in Notis. Eccles. Belg. Opp. T. I. p. 471. & de T. p. 411.* BYTKENS T. I. L. II. c. 3. §. 5. pag. 46. vbi de nomine Comitatus Louanienfis bene obseruat: „aussi ne doit on trouver estrange, que nostre Prince est intitulé Comte d'une ville, car le mesme se remarque en la plus part des Comtes du temps d'ailleurs, comme ceux de Limborg, Luxembourgh, Cleues, Gueldres, Juliers, Zupphen — — & plusieurs autres.

„ La cause de ceci semble avoir été, „ que comme les Comtes commencent enuers ce temps se faire possesseurs hereditaires de leurs Estats, qui ne comprennoient pas precisement vne province entiere, ainsi partie d'Allece. Tout de mesme nostre Comte, qui ne possedoit tout le Brabant ni tout l'Hasbaing, porta titre de Comte de Louvain, sous la quelle estoit compris partie de l'une & l'autre province. Add. IDEM L. I. c. 6. p. 12. LAMBERTI filius & heres fuit ANSERIDVS siue AVRIDVS, quod MIRÆVS d. I. e *Catalogo Abbatum Gemblacensium* probat. De eo ita SIGEBERTVS ad a. 997. „ Clarebar hoc tempore inter Gallos „ Anfridus. Qui cum fuisset Comes „ Bratupantium, non minus iusticia, „ quam potentia seculari famosus, de „ posito militiae cingulo, tonsuratus in clericum, eo proreatus est, vt ordinaretur Episcopus Vltraiectensis Ecclesie. Add. DITHMARVS MERSEL. L. IV. ap. LEIBNIZ T. I. p. 354. qui nostrum vocat: *virum omni bonitate conspicuum, alto progenitorum germine: eius vero patrum, XP. Comitatum Comitem.* Ad hunc locum notat LEIBNITIVS: „ Aufredum siue Anfridum, „ Comitem Louanienfem, licentia Norgeri, Episcopi Leodiensis, fundasse monasterium monialium in villa Turne, & cum factus ipsemer esset Traiectensis Ecclesie Episcopus, coniungem Hilduinem ibi construisse, deinde & siliam Benedictam regimen ibi suscepisse, ait *Aegidius, Antree Pallii monachus in addis. ad vitam Notgeri.* Conf. *Jn. de BEKA in Chron. de Episcopis Vltraiectens.* p. 36. seq. HEDA *Histor. de Episcopis Vltraiectens.* pag. 92. BLONDELEVS *gen. Franc. ass. T. II. p. 259.*



perant. BALDERICVS *Leodiensium* Episcopus factus. *bb)* Raginerii filius, RAGINERIVS LONGICOLLIVS, bona Gisilberti, Gerbergae coniugi quondam in dotem data vindicaturus acerrimam litem suscitauit. Mortus ea re BRVNO, regni Lotharingici moderator potens simulque Colonienfium Praeful, copias in Raginerium duxit, eumque caprum in exilium misit, bonis in flicum redactis. *c)* Filii, RAGINERIVS & LAMBERTVS, patria extortores bonisque, quae Otto Caesar interea aliis concesserat, priuati, post mortem Brunonis ac fratris eius, Ottonis, spem conceperant, fore, vt Gallicis auxiliis sua recuperaturi sint. Conducebant affinitates cum regia domo & Gente Hugonis, Parisiorum comitis potentissimi, iunctae: (*Lambertus enim Gerbergam, Caroli fratris, Lotharii regis, filiam, Raginerius vero Hadwigem, Hugonis filiam, coniuges acceperant.* *d)*) His opibus firmati exercitum in Lotharingiam mouent, & possessores terra-

D 2

rum

*bb)* BVTIKENS *T. I. L. II. cap. 3. pag. 37. seq.*  
*BRUNAV Histor. Imp. T. II. p. 275.*

*e)* SIGEB. *ad a. 919.* „Bruno, Archi-Epi-  
scopus & Archi-Dux Lotharingiae  
„ — — — Raginerium, *Momensen* Co-  
„ mitem, qui *Longicollis* cognominaba-  
„ tur, apud *Valentius* euocatum, cepit, &  
„ irreuocabili exilio damnauit — — —  
„ pro eo, quod mortuo *Gisilberto* Du-  
„ ce, confanguineo suo, ea, quae *Gisel-*  
„ *bertus* uxori suae *Gerbergae*, sorori  
„ Imperatoris, in dotem contulerat,  
„ violenter ei auferre praefumebat, bon-  
„ nis *Raginerii* ad flicum publicatis,  
„ filii eius *Raginerius* & *Lambertus* ad  
„ *Lotharium*, Francorum Regem, con-  
„ fugerunt. Add. REGIN. CONTIN. &  
ANALISTA SAXO *ad h. a.* FRODOARDI  
CONTIN. *ad a. 977.* AVCTOR *coaeuus*  
*Vicae S. Gerardii, Abbatis Bronienfis*, ap.  
*MABILLONIVM d. l. p. 264.* & FVLCVIVS  
*Abbas*, qui anno 990 obiit, *de Gestis*  
*Abbatum Lobienfium cap. 26.* apud  
D'ACHERY *T. II. pag. 739.* ALBERICVS *ad*  
*a. 977.* Conf. *Vr. OBRECHTI Prodomus*  
*ver. Alsat. cap. VII. pag. 137.* & BVTIKENS  
*T. I. p. 53. § 54. & in Prob. p. 19.* Ra-  
ginerium III, filium Raginerii II. & pa-  
trem Lamberti Barbatii omittete videtur  
LIPSIVS *in Louanio L. I. cap. vlt. & Aub-*  
*MIRAEVS*, rerum Belgii alias satis gnarus,  
*in Nouis. Eccles. Belg. T. I. Opp. diplom.*

*pag. 471. seq.* Quibus iungendus *Obv.*  
*VREDIVS in Sigillis Comitum Flandriae*  
*p. 1. & Fr. HARLEVS T. I in Vita Lam-*  
*berti Barbatii pag. 164.* vbi *Lambertum*  
*sen.*, *Lamberti Barbatii* patrum vocat.  
FRODOARDO auctore *ad a. 924.* ap. FI-  
THOEVM *p. 121. seq.* constat, rebus *Lothar-*  
*II.* anno 924. & insecutis, rebus *Lothar-*  
*ingicis* adhuc interfuisse, ibi: „ Interim  
„ contentio inter *Gislebertum* & *Rage-*  
„ *narium*, fratrem eius, nec minor inter  
„ *Bosonem* & *Ottonem* caedibus, in-  
„ cendis ac depraedationibus vtrobi-  
„ que patitur: cui locus proxime an-  
„ tecedens addendus. IDEM *ad a. 928.*  
„ Pacatur (*Boso*) tam ipse, quam *Rage-*  
„ *narius* cum *Gisilberto* & caeteris *Lo-*  
„ *thariensibus.* Sed iam *ad a. 924.* filiorum  
„ *Raginerii* III. meminit verb: „ Interea  
„ *Gislebertum* *Betengarius*, qui Sororem  
„ ipsius habebat, comprehendit, quem-  
„ que, oblati obfibus sibi pro eo fi-  
„ lio *Raginerii*, fratris ipsius *Gisleberti*,  
„ dimisit. Conf. omnino BVTIKENS *T. I.*  
*L. II. c. 7. § 8. p. 49.* BLONDELLVS *As-*  
*sert. gen. Franc. in Praefat. apologetica,*  
*loco*, quo contra *CHIFLETII* *Lotharing-*  
*iam masculinam* disputat & stemma ge-  
nealog. exhibet. FVLCVIVS *Abbas*  
*d. l.*

*d)* SIGEB. *ad a. 973.* MASCOV *in Comensi.*  
*de Reb. Imp. L. III. §. 4.*

rum suarum partim occidunt, e) partim expellunt ac fugant. f) Ea re permotus Caesar, CAROLVM Francicum Lotharingiae Ducem fecit, bello magis aucto, quam sopito, quod deinde pace ad Carum amnem anno DCCCCLXXX pacta, compositum, g) post mortem Ottonis II. denuo exarsit. Eo tamen a Gallis parum prospere gesto, in novas pacis conditiones ire Lotharius A. DCCCCLXXXV. coactus est. h) Raginerio vero & Lamberto paternae atque avitae possessiones a Caesare permittit. i)

## §. VI.

LAMBERTVS BARBATVS, quem cum Gerberga Carolingica matrimonio iunctum fuisse, iam diximus, (§. V.) bonis paternis, ex diuisione cum fratre Raginerio inita, a) recentis, Louaniensem Comitatum, ab agnato ANSERIDO,

- e) SIGEB. ad a. 975. „Raginerius & Lambertus, filii Raginerii Longicollis, paulatim resumptis viribus e Francia redeunt & cum Garnerio & Rainoldo, qui Comitatum patris eorum occupauerant. bello apud Peronnam confluunt, eosque cum multis perimunt, & super Hanam fluvium Castello Buxide munito, Lotharingiam insistant. IDEM ad a. 975. „Fili Raginerii Longicollis auxilio Francorum & maxime Caroli, postea Ducis, fulti, lacessunt bello Godefridum & Arnulphum Comites, qui post Warnerum Comitatum Montensem inuaserant, montem Castilocom obsident, multis vtrinque in conflictu fuis, obsidio remota est, victoria anceps, datur tamen palma Comitibus. Add. FRODOARDI CONTIN. ad b. a. ALBERICVS in Chron. ad a. 974. Conf. Ch. BROWERS Annal. Treurenf. T. I. L. X. p. 479. ibi: „Jam tum filii Raginerii, Montis olim Flannoniae Comitatus, Raginerius & Lambertus, Longicollis, paterna diuisione exuti, Guarnerio & Rainaldo cesserant; mox viribus in Gallia redintegratis, ubi videri acie aemuli, hostes ab Ottone oppositi noui, Godefridum Arnennae & Arnulphum, Flandriae Comites. Sed turbante Lothariensium fide & exigua Ottonis in eorum animis reliqua gratia, Longicollis rursus amicitia atque opibus Principum Franciae innixi, emerferunt, ac quae inde Montium, hinc Louaniam, tra-
- „ Au per Hannaniam & Brabantiam abrupto, portio haud ignobilis regio decessit. BLONDELLVS d. T. II. p. 265. Conf. ALBERICVS in Chron. ad a. 974. BLONDELLVS in Assert. Genealog. plen. dist. pag.
- f) SIGEB. ad a. 976. Guil. DE NANGIACO in Chron. ad a. 977. Francisc. HARÆVS T. I. Annal. Duc. Brab. p. 150. BYTKENS d. I. Conf. MABILLOIN Annal. Ord. S. Benedicti L. 48. p. 640.
- g) DITHMARVS MERSEB. Lib. III. pag. 343. & ALBERICVS in Chron. ad a. 943. Conf. HAHN Histor. Imp. Part. II. pag. 107. seq. MASCOV de Rebus Imp. L. III. §. 5. pag. 68. seq.
- h) SIGEB. ad a. 985. Guil. NANGIUS ad a. 984. & 985. ALBERICVS ad b. a. BYTKENS T. I. p. 53. seqq. Plr. OERRECHT. in Prodrom. Rev. Alsac. p. 138.
- i) SIGEB. ad a. 977. „Fili Raginerii, vt pro se viciliter agerent, animati Francorum auxilio & affinitate — — in terram patrum suorum relocati sunt. GERBERTVS Epist. 60. DAN. BLONDELLVS in Gen. Franc. plen. assert. p. 267. Conf. BYTKENS T. I. p. 56. & 71. BROWER. Annal. Treurenf. T. I. L. X. pag. 479. MASCOV de Reb. Imp. L. II. p. 68.

## Ad §. VI.

- a) LIPSIVS in Louanio L. I. c. 9. BYTKENS T. I. L. II. c. 5. p. 46. „Il est aussi fort vraisemblable, que lui & son frere Raginerier diuiserent les terres, que leur pere & son frere auoient tenu, & „ qu'a



ANSFRIDO, sacrum ordinem cum coniuge & filia vnica amplectente & deinde Episcopo Vitraictensi facto, acceptum, addidit, vicissimque terras ex patris hereditate possessas Raginerio reddidit. b) Otrone, Duce Lotharientium, Caroli Lotharingici filio, defuncto, terrarum & bonorum Carolingicorum, in pago Brabantino aequè sitorum, partem haud exiguam Comitatus Louaniensis adiunxit. (S. III.) Ipsam Lotharingiae inferioris seu Ripariae provinciam HENRICVS SANCTVS Godefrido regendam concessit. Inter hunc & Lambertum iam pridem verus seruebat discordia. (S. V.) Accedebat, quod Lambertus cum Raginerio, fratris filio, ereptum suae familiae Ducatum aegrius ferret. Inde bellorum & vastationum noua materies, c) Caesare & nouo Duce in eorum pern-

E

qu'a notre Prince Lambert eschut pour sa part vne bonne partie de l'ancien Brabant & de l'Etat bang avec la Taxandrie, & qu'il fut nommé Comte de Louain, a cause que ceste ville estoit la capitale de ce pais & le lieu ordinaire de sa residence. Add. IDEM cap. 7 & d. T. I. pag. 71.

b) ANSFRIDVS in Cod. donat. Belg. cap. 34. Opp. diplom. T. I. pag. 41. Anfrido ad Episcopatum Vitraictinum euectus, mox in Comitatu Louaniensi successit Lamberto II, Raginerii Longicelli filius & maritus Gerbergae. BYTKENS d. l. Anfride, Comte de Louain, esneü de l'Esprit divin, quitta toute pompe mondaine, & en compagnie de sa femme Hilsonde, & de sa fille viuique BENISTE le dedia entierement au seruice de Dieu, laissant ses Estats a nostre Prince Lambert, son Cousin & heritier, qui par ce moyen remit en mains de son frere Raginer tout ce, que lui estoit escheü en partage en la Comté de Haynaut & en Brabantse contentant de la succession, que lui estoit tombée de son dict Oncle, le Comte d'Anfride. Conf. IDEM d. l. cap. 6. pag. 47. seq. BEKA in Chron. p. 37. Dav. BLONDELLVS d. T. II. p. 219. ibi: Ch. a BYTKENS in Lauro Brabantica Lambertum a. 948, Anfridum filium ad annum vsque 992 Louani Comites fuisse, Lamberto Consobrino, Gerbergae marito, Comitatum suum Anfridum reliquisse, Gerbergam Lamberto a. 976 desponsatam docet aduersus DINTERI, MER-

ri cet. Louaniensem Comitatum Gerbergae assignatum, somniantium deliria. Plures terras Anfridus possederat praeter Louaniensem Comitatum. Conf. Jo. de BEKA & Wylb. HEDA de Episcopis Vitraict. in Anfrido. (S. V. not. b). Ita enim A. 994. Ecclesiae Vitraictensis consulti: „Sui iuris hereditatem, quam antea potestatiue possederat infra Comitatum Ruen nuncupatum. Diploma habet MIRÆVS T. I. Opp. dipl. pag. 52. Aliam chartam donationis A. 1006. vid. Tom. II. Opp. dipl. MIRÆI p. 809. Conf. HEDA d. l. BEKA „hic Anfridus, ait, inspirante Deo multa praedia patrimonii sui dotauit ad vsum Sanctae Traiectensis Ecclesiae, quae antea potestatiue possederat in Comitatu Teyscherbantiae. Obiit A. 1008. Vid. MONACHVS EGMONDANVS ap. Fr. SVERTIUM in Script. rerum Belgarum pag. 354. Jo. ALEYDIS in Chron. Belgic. L. IX. c. 8. BEKA & HEDA d. l. BYTKENS T. I. L. II. c. 6. p. 48.

c) SIGEB. ad a. 1005. & BALDERICVS in Chron. Cameracensi ap. BYTKENS T. I. in Probat. p. 21. „Eodem tempore Godefridus — defuncti Ducis dignitatem est adeptus, inter quem & Lambertum Comitem iam dudum vetus seruebat discordia. LIPSIVS d. L. I. c. XI. „Lambertus igitur iam Comes, & viribus sinibusque auctior; sed & plura appetebat, nam spes de Lotharingia non deserebat. Ill. MASCOV Comment. de Reb. Imp. L. IV. §. 14. vbi, „Lotharingiam inferiorem, inquit, mortuo Otrone, Caroli filio, regendam „dedit

ciem omnem lapidem frustra mouentibus. Praelio deinde apud *Florinos* cum Godefrido Duce A. MXVI. commisso, Lambertus occubuit. *d)*

## §. VII.

Ex Gerberga coniuge Lambertus duos filios, HENRICVM & LAMBERTVM, suscepit, nec minus filiam, Mechtildin. *a)* Illos terras a patre

dedit Godefridus e Comitibus Arden-  
nae. Male hoc habuit Lambertum  
Louanii Comitem, qui forem Otto-  
nis in matrimonio habebat, Comi-  
temque Hannoniae, fratris sui filium.  
Illi discordiae se ingerens Balduinus  
Barbatus, Flandriae Comes, adiutore  
Lamberto, Valentianam urbem, in  
limite regni ad Scaldin sitam, At-  
nulphe Comiti admittit. Henricus  
ad obsidendam urbem proficiscitur,  
caet. FVLON. in *Historia Leodiensi* T. I.  
ad a. 1013. ibi. „ Absente per Italianicam  
expeditionem Henrico Caesare, Lam-  
bertus Barbatus, Louanienſis Comes,  
Lotharingici regni praefecturam Go-  
defrido Duci eripere conatus est, ad-  
seito in societatem armorum Ragi-  
nerio, patruelis suo, Hannoniae Co-  
mite. Speciem ipsi aliquam iuris  
fuisse asseruerat; Ottone, uxoris  
suae fratre, — — extremae stirpis  
ultimo, absque liberis mortuo, ius  
uxoriam Lambertus repetere videba-  
tur, caet. Conf. Franc. HARVENS T. I.  
p. 166. seq. Mea quidem sententia, tum  
de bonis, ex quibus Ducatus constitutus  
erat, potissimum actum (§. III. not. c)  
supr.) Ab hoc tempore Lambertus,  
& qui cum secuti sunt, Louanienſes Co-  
mites, terras suas a Ducatu seuinctas ha-  
buere, sprete Ducum auctoritate. Vid.  
J. B. GRAMAYE *Histor. Brab. c. 5.* quem  
locum iam §. III. not. f.) adduximus.  
Add. *Supplement aux Trophees de Bra-  
bant* T. II. L. III. p. 285. Accedit bel-  
lum grauisimum inter Loth. Duces &  
Louanienſes, quod LAMBERTVS II. BAL-  
DERICVS dictus, nuptiis IDAE, Ducis Go-  
zelonis filiae, demum composuit, GRA-  
MAYE d. *Histor. c. 8.* Eo digrum in-  
tendit Godefrid. HENSCHENIUS de *tribus  
Dagoberti* L. IV. c. 8. p. 249. vel. „ Braban-

„ Ducum potestatem post annum mil-  
„ lesimum demum viurpauere Comi-  
„ tes Louanienſes, ex Montensium Co-  
„ mitum siue Hainoensium Ducum (nam  
„ utroque titulo compellati olim) stir-  
„ pe exorti. Vid. §. IX. not. a.)

*d)* STGB. ad a. 1015. GESTA ABBATVM  
GEMBLACENSIVM ad a. 1015. ap. D'ACHE-  
RY T. II. *Spicilegi* p. 764. HARVENS *diss.*  
T. I. p. 169. III. *Mascov d. Comment.*  
L. IV. §. 27. p. 146. „ Durabant vetera  
„ inter Godfridum Ducem, & Comites  
„ Louanii atque Hannoniae, qui praer-  
„ ceptum familiae suae Ducatum aegre  
„ ferebant, odia, asperata recente clade.  
„ Quippe Godfridum popularum Hano-  
„ noniam dum Reynerius Comes cum  
„ patruo Lamberto Louanienſi insequi-  
„ tur, commisso apud Florinos praelio,  
„ Lambertus cum CCCC amplius vi-  
„ ris occubuerat.

## Ad §. VII.

*a)* LAMBERTO BARBATO Henricus & Lam-  
bertus II, Baldericus etiam dictus, filii  
fuerunt, nec non filia Mathildis, qua in re  
Auctores veteres & recentioris aevi fere  
omnes consentiunt. Accedit diploma-  
tum fides minus fallax. Quidem, chro-  
nica nonnulla secuti, Lambertum II.  
filium Henrici, Lambertum Barb. nepotem  
habent, eique fratrem itidem Henri-  
cum addunt; cui sententiae ratio aeta-  
tis Lambertii forte suffragari posset.  
Verum, Lambertus non demum anno  
1072, sed iam a. 1054 in bello Flan-  
drenſi fato functus est. Vid. not. seq.  
Deinde, obseruante J. CHIFFLETIO *Lam-  
Genealog. ad Vandic. Hist. XIII.* Carolo-  
lus, Dux Lotharingiae, FRODOARDO teste  
ap. *Pitheum* p. 185, anno 953 natus,  
nuptias cum Coniuge BONA a. 974 ce-  
lebrauit, filiam vero Gerbergam, Lam-  
berti



patre relicta indiuisa possedisse, non sine ratione asseritur. Henrico vero A. MXXXVIII. eiusque filio, Ottone, paulo post patrem praematura morte sublatis, LAMBERTVS II. BALDERICVS etiam dictus, exclusis quatuor Ottonis sororibus, in vniuersum patrimonium succcessit *aa*), ac A. MLIV. in bello Flandrensi supremum diem clausit. *b*) E filiis eius RA-

E 2

GINERVS

berti II. matrem, iam a. 976 Laniberto Hannoniensi, pacis bono, desponsam dedit, morte apud viros Principes recepto; cuius plura exempla congestit CHIFFLETIVS, nec in hoc dissentientem BLONDELLVM expectus est, qui *T. II. Assert. gen. Franc. p. 296.* „Ego vero, „ait, desponsatam in cunis Gerbergam „nullus dubito, hoc tantum volo, nihil „Te de eius natalibus & parentum nu- „ptiis, nisi ex coniectura statueret, caet. Quare nec Siegberto Henricus ille semior notus fuit, qui ad a. 1038. Henricus, inquit, Louaniensis Comes, Domini suae perimitur a captiuo, Hermanno, eique succedit filius eius Otto, cui immatura morte praevento, successit patruus eius Baldericus, qui & Lambertus. Conf. Charta Baldvini Inscelani, Flandriae Comitis, A. 1038. ap. Olliv. VREDIVS de Sigill. Comit. Flandr. p. 81. ibi: „Testes Henricus, „cui Comes & frater eius Lambertus. VITA S. GVDVLAE ap. Laurentium SVRIVM p. 171. Cui addimus locum memorabilem Genealogiae iam ante annum MC. scriptae, quem ex ea *f. f. CHIFFLETIVS Lampad. Hist. ad Vind. Hispan. IX. p. 61.* produxit, ibi: „Gerberga, soror Ermengardis, genuit Henricum, „cuius seniore de Brussella, Lambertum Comitem & Mathildem, quae peperit Eustacium, Comitem Boloniensem, sem Confentit CHRONICON NIVELLENSIS, primum a *f. f. CHIFFLETIO*, ac deinde a Dn. Confiliario Imp. Aulico SENCKENBERGIO *T. III. Selector. Jur. & Hist. flor. editum*, in verbis: „Lambertus genuit Henricum & Lambertum, „diem Baldericum, Comitem Bruxelensium & Mathildem, quae peperit Eustacium, Comitem Boloniensem. His suffragatur Genealogia S. Arnulphi ante annum 1260 composita, ap. BYTENS *T. I. dans les Preuves p. 4.* verbis:

„ Gerberga, soror Ermengardis, genuit „ Henricum, Mathildem & Lambertum. Add. CHRON. BELGICVM ap. *Vrhisif. p. 106.* „ Lambertus secundus — — Comes „ Louaniensis — — Henrico fratri „ succedens, genuit — — Henricum, „ huius nominis secundum. Add. in „ *p. 125. & 133. Conf. Aub. MIRAEVS in Notis. Eccles. Belg. Opp. dipl. T. I. p. 673.* „ ibi: „ Lambertus II. Raginerii II. „ mitis filius, Gerbergae maritus, liberos reliquit Henricum, Baldericum (seu Lambertum) Raginerium & Mathildem. IDEM *T. I. p. 304.* De Raginerio tantum non satis constat, quod nostra non adeo refert. Testibus iam enumeratis accedunt LIPSIVS in *Louanis L. I. c. 11. f. B. GRAMATE in Hist. Brabant. c. 7.* quo loco charta fundationis Capituli Bruzelensis nitiur: nec non in *Loumanio p. 7. & in Bierbeta pag. 60. Antiqq. Brab. edit. nouiss. vbi Raginerium addit, eumque auctorem dynastiarum Bierbacensium habet, verbis: „ Conformiter „ tradunt historiae, primos Bierbacenses „ Dominos a Comitibus Louaniae descendere, & nominatim a Raginerio, „ fratre Lamberti, Balderici & Henrici „ Comitum. HARAVVS *Annal. Duc. Brabant. T. I. p. 179. 175. BYTENS T. I. p. 50. & 75. CHIFFLETIVS Vind. Hist. c. 1P. & Lampad. Hist. ad Vind. Hist. VIII. p. 37. DAU. BLONDELLVS d. T. II. p. 272.* vbi addit coniugem Henrico fuisse Mathildem, filiam Hermanni, Comitis ab Einham. Olliv. VREDIVS *Genealogiae Comitum Flandriae. Tom. II. & in Sigillis Comitum Flandriae p. 81. STOCKMANNS de Jure deuolat. P. III. cap. 27. n. 9. SPENER. Syll. General. hist. p. 646. Friedlva Fursen-Saal P. IV. cap. 3. p. 1024. seq.* „ BYTENS *T. I. aux Preuves de Trophées p. 4. seq. STOCKMANNS dicit. loc.* „ b) SIGEB. ad a. 1034. MAGN. CHRON. BELGICVM*

GINERIVS a nonnullis natu maximus habetur, c) quamuis non desint rationes, quae pro HENRICO, qui cum fratre A. MLXXIII. adhuc vitam egit, d) adduci queant. Inde non magis constat; quaequam ex paterna hereditate bona uterque possederit, quae tamen accuratius nosse non adeo refert, quum certiora omnia in posteris eorum occurrant.

## §. VIII.

HENRICVS II. duos icidem filios heredes habuit. HENRICVS III. natu maior filius, in diplomate fundacionis *Abbatiae Affligemiensis* titulo *Brachbantenfis patriae Comitris & Aduocati* vtitur, a) licet maiores eius *Comites Louanienfes*, & nonnunquam *Bruxellenfes* sese appellauerint. b) Illud monasterium vterque frater instruerat, quare Godefridi, tanquam communis Comitatus Louanienfis Domini & liberalitatis illius auctoris in eodem diplomate mentio iniicitur. c) Ex quo nunc de ordine succedendi

dicvm pag. 106. Jac. MEIER in *Annal. Flandriae*, sub *Baldvino Insulano*. LIPSIVS d. l. vbi ex *Memoriis Louanienfisibus* d. 13. Jul. 1014. refert. Fr. HARÆVS T. I. p. 179. MIRÆVS *Notit. Eccles. Belg. Opp. T. I. p. 672.*

c) *Charta Ecclesiae S. Gudulae Bruxell.* ap. BYIKENS T. I. in *Prob.* p. 27.

d) BYIKENS d. p. 27.

## Ad §. VIII.

a) Diploma de anno 1086. vid. apud MIRÆVM in *Cod. donat. par. Opp. dipl. T. I. p. 73.* & BYIKENS T. I. in *Probat. pag. 28.* Addit MIRÆVS d. l. in *nota*: *Brachbantenfis Patriae Comittem* primus se scripsit Henricus eo nomine III. Comes Louanienfis, de quo saltem constat.

b) *Causam* profert BYIKENS *Trophées de Brabant* T. I. L. III. c. 5. p. 88. „C'est le premier de nos Princes, que je trouve par Charte avoir prins la qualité de Comte de Brabant, combien que sans faute ses predecesseurs avoient possédé la meilleure partie de ce pais, comme ci devant a été remarqué en divers endroits, mais il est a croire, qu'ils laisserent de porter ce titre a cause qu'ils ne possédoient tout ce qu'ancienement l'on disoit le Brabant, comme il a été par nous décrit: car les Comtes de Haynaut en possédoient une bonne partie, com-

me aussi les Comtes de Flandres & paraini s'étoient d'ordinaire intitulés Comtes de Louain, & auecne fois de Bruxelles, chef-ville de la partie du Brabant, qu'étoit sous leur domaine, meme au Séele opposé a la Charte de fondation de Monastere d'Affligem sous mentionnée nostre Prince ne prent autre qualité, que de Henry Comte de Louain, combien qu'en la Charte il se dit COMTE & AVOUVE DU PAIS DE BRABANT.

e) Loca diplomatis, quae huc faciunt, adscribere non poenitebit: „Notum vobis facimus, qualiter milles quidam meus, Gerardus nomine, cum aliis quibusdam, quos aequae diuina eleme[n]tia & praeuentit, & subséquuta est, inuenirent hereditatem, militiam Iesu Christi professi sunt — — — Erexerunt autem Ecclesiam in honore B. Petri, Apostolorum Principis, vt, vbi antea erat spelunca latronum, habitatio inciperet tandem recte viuendum; & qui erat locus rapinae & homicidii, mutaretur in possessionem pacis & fructus elemosynarum. Quoniam vero locus ipse AD COMITATVM nostrvm iure videbatur pertinere, EGO FRATERQVE MEVS, GODEFRIDVS, AB EISDEM EXORATI FRATRIBVS, DE ALLODIO NOSTRO, quod ibi iuxta in villa, quae dicitur *Asea*, TENVMVS, viginti



dendi Comitum Louanienſium & deinde Brabantiae Ducum, terrarum Brabanticarum indoli imprimis accommodato, ſatis conſtat. d)

## §. IX.

Henrico III. Tornaci in armorum ludo praematura morte ſublato, a) frater GODEFRIDVS BARBATVS ſolus paternas fortunas rexit, nulla parte filiaſus

31 viginti manſos vſvi NOSTRO ſubtra-  
32 xius & pro remedio ANIMARVM  
33 NOSTRARVM omniumque Anteceſſo-  
34 rum noſtrorum legitime & ex toto  
35 libere ad altare ipſius Eccleſiae TRA-  
36 DIDIMVS: Praeterea quoniam ſcepſi-  
37 ſime probata valde nobis placuerit  
38 militaris eorum induſtria, tam pro  
39 ſeculari eorum amicitia, quam pro  
40 remuneracione diuina, de eodem al-  
41 lodio adiacente & ad ſERVITIUM NO-  
42 STRVM remanente, in ſiluis & pratis, in  
43 campis & pſcis, in piſcationibus &  
44 venationibus, omnem eis vſum habere  
45 nobis cum. Vt autem per amplius  
46 beneficium, maius ad Dei ſeruitium  
47 creſceret eis deſiderium, CAPELLAM  
48 NOSTRAM liberam, in Waucra ſubtre-  
49 tius ſitam, cum tota decimatione ſu-  
50 perioris Eccleſiae, cum debita inſti-  
51 tuendi Presbyteri ſubiectione, cum  
52 terris in ſuper aliquibus NOſTRAE CVL-  
53 TVRAE ſubſiſtentibus, cum teloneo &  
54 maceria, cum molendinis & curtiſus  
55 AD NOS IN EADEM VILLA PERTINEN-  
56 TIVS, huic traditioni legitime addi-  
57 didimus. — — NOS VERO DE ALIQUA  
58 SIBI ILLATA INIVRIA SI APELLARE  
59 VOLVERINT, QVAſI PRO ANIMABVS  
60 NOSTRIS, PRO EIS NOS EXPONEMVS,  
61 nec quicquam aliud de loco illo niſi  
62 orationes fratrum & Dei retributio-  
63 nem recipere volumus. Et vt haec  
64 noſtra traditio, vel conditio omnibus  
65 retro ſeculis rata & inconuulſa per-  
66 maneat charta & atramento rem, vti  
67 eit, notamus & roboramus. Ante  
68 omnia Dominum omnipotentem &  
69 Sanctos eius citamus & fideles NO-  
70 STROS, qui huic traditioni interfue-  
71 runt, idoneos teſtes ſubſcripſimus.  
72 Steppo Bruſſellenſis & frater eius Wal-  
73 terus, Baldanus de Aleſſ. Ger-

31 hardus de Camberſaca. Adalbertus  
32 Snaſaert. Theodericus de Budengem.  
33 Anſelmus de Erpe. Sigerus frater  
34 eius. Herebrand de Horſdogeſchen.  
35 &c. &c. Communis huius fundacionis  
36 meminit ipſe Godefridus Barbatuſ alio  
37 diplomate a. 1125 dato ap. Aub. MI-  
38 RAEVA in Donat. Belg. Opp. diplom. T. I.  
39 pag. 375. ibi: „Quoniam auctore Deo  
40 Haſſigemſem Eccleſiam, TAM A ME,  
41 QUAM A FRATRE MEO, COMITE HEN-  
42 RICO, FVNDATAM ſcio. Conf. HISTO-  
43 RIA AFFLIGEMENſIS auctoris ſere coaeui  
44 cap. IV. ap. D'ACHERY in Spicilegio T. II.  
45 pag. 770. ibi: „Adela quoque Comiſſa  
46 Louanienſis ſuper hoc interpellata,  
47 cum duobus filiis, HENRICO & GOD-  
48 FRIDO, quorum erat allodium, beni-  
49 gne annuit. CONTINVAT. IBIDEM  
50 p. 777. „Godefridus, dictus Barbatuſ,  
51 apud Affligemienſes ſepulturam ele-  
52 git, in qua hoc elogium habetur:  
53 Godefridus cum barba, Dux Lotha-  
54 ringiae, Comes Louanienſis & Bruzel-  
55 lenſis, Marchio Sacri regni, primus  
56 fundator huius Coenobii — obit  
57 anno 1140. Anton. SANDERII Cho-  
58 rographi Sacra Brabantiae, in Hiſtoria  
59 rerum Affligemienſium p. 12. vbi Godefri-  
60 dus primarius monaſterii Affligemienſis  
61 fundator ac benefactor appellatur. Add.

HARÆVS T. I. p. 195.

d) Conf. §. XI. ſeq.

## Ad §. IX.

a) LIPSIVS d. Lib. c. XI. HARÆVS T. I. pag.  
196. BUTKENS Lib. III. cap. 5. p. 90. De  
Henrico Comite reſert CHRON. ABBAT-  
TIAE S. TRVDONIS L. IV. ap. D'ACHERIVM  
T. II. p. 672. „Henricus, Comes Loua-  
nienſis, potentior tunc habebatur in  
noſtris partibus.

filiabus Henrici relicta. *b)* Eas paulo post Henricus V. Imperator auxit, qui Ducatum Lotharingiae inferioris, Henrico Limburgensi, ob operam parenti Henrico IV. nauaram, ademptum, *bb)* adiecit. Tum Marchia Anwerpiensis Ducatui Lotharingico iam adiuncta erat, quare utrumque Godefridus accepit. *c)* Is Ducatum illum iam maiorum iure sibi deberi crediderat, *d)* cuius nunc strenuus vindex contra Exduces Henrici Limburgensis & asseclarum molimina, cum posteris futurus erat. *e)* Ab hoc tempore *Ducem & Marchionem Lotharingiae* sese cum successoribus suis appellauit, *f)* addito tamen *Comitatus Louanensis* titulo.

- b)* 70. MOLANVS de Militia Sacra Ducum  
Brabant. cap. 55. „ Perempto Tornaci  
„ in armem iudo A. 1097 Henrico  
„ Comite, successit ei, filius fratris  
„ de iustici exclusus, eius frater Godefri-  
„ dus, de Louanio dictus. Add. *Tab.*  
MIRAEVS T. I. Opp. diplom. p. 864. & 871.  
OL. VREDIVS de Sigill. Comit. Flandr.  
pag. 82.
- bb)* SIGEBERTVS ad a. 1106. CONRADVS  
VRSPEG in Vita Henrici V. OTIO FRIS-  
SINGENS in Chron. L. VII. c. 12. RODV-  
PHVS in Gestis Abbatum Trodonensium  
L. VI. ap. Luc. d'ACHERY T. II. p. 679.  
ibi: „ Dei autem faciente iudicio eo-  
„ dem anno abiudicatus fuit Henrico  
„ Ducatus & datus Comiti Godefrido  
„ de Louanio, causa existente, quia ead-  
„ dem hebdomada, sicut ferta quinta,  
„ quae fuit coena Domini, pugnaerat  
„ contra filium abdicati Imperatoris  
„ Henrici, Regem creatum, Henricum,  
„ Dominum suum, super fluum Mo-  
„ sac, oppido Gusevic, ante pontem, re-  
„ gemque confitto exercitu eius fuga-  
„ uerat. ANNALES HILDESHEIMENSIS ad  
a. 1106. ap. LEIBNIZ T. I. p. 736. CHRO-  
NICON LEODIENSE ad a. 1106. ap. MAR-  
TEN. & DVRAND. T. III. p. 1408. CONF.  
BROWER Annal. Treuir. T. II. Lib. XII.  
p. 4. HADR. VALESIVS in Notis. Galliar.  
voc. Lotharingia p. 287. MASCOV Com-  
ment. de Rebus Imp. sub Henrico V. §. 1.
- c)* SIGEB. GEMBL. ad a. 1106. HARAEVS T. I.  
p. 204. BYTKENS T. I. L. IV. cap. I. p. 96.  
Add. CHRON. BELGICVM ap. Vrsif. p. 133.  
CHRON. LEODIENSE d. I. CHRON. NIVEL-  
LENS. ap. CHISELIVM Lamp. Histor. ad  
Vind. Hist. VIII. p. 57. OLIV. VREDIVS in  
Sigill. Comit. Flandr. p. 82.
- d)* CONF. §. III. e) & f) §. VI. e) Add.  
7. B. GRAMAYE Histor. Brab. c. VIII. ubi  
asserit: „ Dissimulante & inuito Caesare  
„ possessam a Comitibus Louaniae non  
„ mediocrem Lotharingiae inferioris  
„ partem fuisse: ita tamen, vt nec be-  
„ neficium huius Duces violentam Co-  
„ mitum possessionem turbare, nec Co-  
„ mites illius praereptum Ducatus ius,  
„ si res ita ferret, repetere distulissent.  
Add. LIPSIVS in Louanio Lib. I. cap. XL.  
„ Godefridus Barbatus & Magnus —  
„ illud cognomen habuit a voce, qua  
„ se obligauit, barbam non ponere,  
„ donec Lotharingiae Ducatus diu de-  
„ biti, compos esset. Consentiant Ha-  
„ druan. BARLANDVS in Chronico Ducum  
Brabantiae cap. 28. alii. BYTKENIVS  
T. I. pag. 106. Godefridi votum inuius  
Henrici Limburgici susceptum vult,  
quia nempe is Godefrido dubiam Du-  
catus Lotharingici possessionem facere  
conatus sit. CONF. HENNINGES in The-  
atro Genealogico Tom. II. de Brabantiae &  
Tongrorum Ducum familia p. 122. Lu-  
don. OVICCIARDINI Descript. Belgii pag.  
46.
- e)* CHRON. LEODIENSE ad a. 1107. ap. LAN-  
BEVM T. I. Biblioth. Manuscript. pag. 338.  
SIGEB. ad a. 1107. PET. DIVAEVS in Gode-  
frido Barbato. FR. HARAEVS T. I. p. 205.  
seq. BYTKENS d. I. seq.
- f)* Hoc diplomata Godefridi I. magno  
numero a MIRAEO, VREDIO, BYTKENIO,  
alii, congesta, optime probant. CONF.  
§. seq. nos. h) & ad). Inde OLIV. VRE-  
DIVS in Sigillis Comitum Flandr. pag. 82.  
„ Godefridus Barbatus, inquit, Henrici  
„ III. frater, ex hac stirpe primus fuit,  
„ qui se Ducem Lotharingiae scripsit,  
„ quod



quomagus has terras, indole ac habendū ratione satis diuerſas, diſcerne-  
ret. g)

## §. X.

Nimirum pars Brabantiae potiffima eo tempore a rationibus Du-  
catus Lotharingiae inferioris, a) quem poſt CAROLVM eiusque filium,  
OTTO

quod factum A. 1106 ant circiter,  
non ratione patriae *Byachbantenſis*  
aut *Louaniae*, qui idem fuit Comita-  
tus, ſed quia ipſe, deſuncto Godefrido  
Bullonio, poſteaquam Henricus, filius  
Wallrami, Comitis Limburgenſis,  
Bullonio ſucceſſor, rebellaſſet, eo anno  
ab Henrico Imperatore Lotharingiae  
inferioris Ducatum vnaque Antwer-  
pnam, quae marc, i. e. limes etat Im-  
petii verſus Flandros & Friſios, acce-  
pit, quod poſtmodum confirmauit  
Imperator CONRADVS. Add. BLONDEL-  
VVS d. T. II. *Aſſert. General. Franc. p. 224.*  
SUPPLEMENT aux *Trophées de Brabant*  
T. II. L. III. p. 285. ibi: „*Zamam dans*  
*ſon expoſition de trois Etats de Flandres*  
*remarque c. 10. n. 2. que la Comté de*  
*Louvain diſmembé du Duché de*  
*Lothier, fut reuni au meme Duché*  
*l'an 1106. lors que l'Empereur Hen-*  
*ry V. en donna l'investiture a Gode-*  
*froy, Comte de Louvain, dont les ſuc-*  
*ceſſeurs ont depuis pris le titre de*  
*Duc de Lothier & de Brabant.*

g) Conf. §. III. e) & f) §. VI. c) §. X. e)  
& f) Qualitatem atque indolem terra-  
rum Brabanticarum non tantum chartae  
donationum Ducum Brabantiae & Com-  
itum Louanienſium, quarum ſat mag-  
nus numerus exiſtat, indicant; ex. gr.  
*Diploma Henrici I. a. 1192.* apud BYTKENIVM  
T. I. aux *Preuves pag. 46.* in quo  
*Falmordia* vrbs alodium Ducis appella-  
tur. *Diploma a. 1223.* IBID. p. 69. ibi:  
*Castrum & villa de Breda alodia Ducis*  
*ſunt.* Chartae ap. EYND. p. 34. 38. 42.  
69. ſeq. Conf. IDEM T. I. L. III. cap. 5.  
p. 89. ſeq. ſed de ea quoque Auctores  
Belgici atque Brabantini ſatis teſtantur.  
Quae in hanc rem iam adduximus, ea  
confirmantur *Diplomate* CONRADI III.  
*Rom. Regis* ap. BYTKENIVM T. I. dans les

*Preuves p. 39.* verbis: „*Illuſtrem Go-*  
*defridum, Ducem Lotharingiae & bono-*  
*Marchionem atque Comitem Loua-*  
*nienſem, omnium Eccleſiarum Eccle-*  
*ſiaſticarumque perſonarum & bono-*  
*rum eorundem, ſub Principatu Lotha-*  
*ringiae conſtitutorum, & Succeſſores*  
*ipſius, Dominos Louanienſes, ſeu Bra-*  
*bantiae Dominatum obtinentes, ſeu*  
*cacos inſitruimus.* Add. *Diplom.*  
*Godefridi III. a. 1145.* *Opp. MIRÆ Tom.*  
*III. c. 47. p. 43.* ibi: „*Quicunque Do-*  
*minatus totius Terrae Brabantenſis*  
*obtinuerit, ipſe etiam, ſicut honore &*  
*poſteltate, ita beneuolentia & affectu*  
*ad deſenſionem Eccleſiae ſuccedere*  
*debere ſe nouerit.* Inde Duces ſe  
*Patriae Dominos* vocantur. Vid. *Diplo-*  
*ma Godefridi I. a. 1107.* ap. BYTKENS in  
*Probat. p. 20.* ibi: „*Ego tanquam Pa-*  
*triae Dominus.* Conf. *Aub. MIRÆ*  
*Opp. dipl. T. III. P. I. c. 27. p. 26.* *Pet.*  
*STOCKMANN'S Decif. Brabant. l. num. 15.*  
*Henr. de DONGEBERG ap. EYND. iv. de*  
*ſur. deuoluit. P. III. c. 1. n. 6.* In GYND-  
*LINGIANIS P. XL. n. 4. p. 492.* terrae hae  
*ſeuda indomunicata* appellantur.

## Ad §. X.

a) Conf. §. III. a). Lotharingia etiam  
poſt facta ZVENTEPOLDI regis nomen &  
formam regni ſingularis retinuit, quod  
diplomata HENRICI I. OTTONIS I.  
OTTONIS II. & HENRICI II. ſatis probant,  
quorum nonnulla congeſſit ꝑ. ꝑ. CHIF-  
LETIUS in *Commentario Lotharienſi* c. 2.  
Conf. *CHRON. Epifcop. Metenſium* apud  
*Luc. D'ACHERY T. II. p. 228.* *Dau. BLON-*  
*DELLI Barrum Campano-Francicum pag.*  
*27. ſeq.* *GISELBERTVVS, HENRICVS, OTTO,*  
*CONRADVS & BRVNO, OTTONIS I. frater,*  
*Colonienſium Archi-Epiſcopus, ſub quo*  
*Lotharingia duos Duces bellicos ha-*  
*buit,*

fuit, Praefides ac vicarii Germaniae Regum & Imperatorum fuere. Vid. BLONDELLVS d. Tom. II. *General. Franc. Affer.* p. 269. vbi: „fuerant, inquit, ad annum vsque 959. vniuersae Lotharingiae sub regibus praefides, quotquot eiusdem ab anno 898. Ducatum tenuerant. Giselberto enim e viuis sublato Otto rex a. 940. Henrico fratri regnum Lothariense commiserat, caet. IDEM p. 270. vbi concludit, „ac perinde Rainerium, Gislebertum, Henricum, Ottonem, Conradum, Brunonem, totidem Proteges, seu regum in Lothariensi regno generales vicarios fuisse. Quare doctissimus Jo. Bapt. GRAMAYE in *Hystor. Brabant.* c. 5. eis supremum secundum reges Imperium tribuit, in verbis: „horum, „quos hoc capite recensui, Ducum, „ita merum fuit Lotharingiae Imperium, vt omnes totius tractus Comitatus, eis, tanquam supremas secundum reges potestati, obedite cogenterentur. Add. ROTGERVS in *Vita Brunonis* ap. SVRIVM in *Ab. SS. XI. Octobr.* p. 163. & *Charta Theodorici, Metensium Praefidis*, ap. MEVRISIVM dans l'*Histoire de Metz* L. II. p. 326. Hadr. VALESIVS in *Notit. Galliar. voc. Lotharingia* pag. 286. Post Brunonem Ducum Lotharingiae inferioris atque superioris minor potestas fuit. Vid. BLONDELLVS d. l. pag. 270. Ducatum Lotharingiae Mosanae eiusque limites describit EVTKENS aux *Trophées de Brabant* T. I. L. I. p. 8. ibi: „Ceste Duché comprennoit dans ses limites „partie des Ardennes, ou elle se diuisoit de la Lorraine superieure, Limbourg, Juliers, l'Eyle, Liege, Namur, Los, Hasbaing, Gueldres, Cologne, Cleves, Brabant; En-vers Hollande, Vtecht, Frise, Haynaut, Valenciennes, Cambry, Tournay, caet. avec tout ce qu'etait entre la Meuse & l'Elcaut, & entre la Meuse & le Rin, tirant vers la mer, de quelle province le Siege imperial etoit en la ville d'Aix. Add. VALESIVS d. l. pag. 287. ibi: „Lotharingi inferiores — — inter Rhenum, Ruram & Mosam habitant, circa Nivesium, Coloniā Agrippinam, Bonnam, Tolbiacum, Marcodu-

rum, Juliacum & Antonnacum, quae veterum Ripuatarum sedes erant, quos Ripuarios & Ribatios recentiores dixerunt. Haec igitur loca Ducatus Lotharingiae inferioris fuerunt, ad quem & oppidum S. Trudonis cum Aduocacia Monasterii eius, oppidum Aquisgranum, vbi Ducum sedes iudiciaria exsistit, Castellum Rodeti Gemelacum, vel Gemblacum veteri monasterio, Brucellam, Andoverpum, Nouiomagum Batavorum, ad Vacallim aliaque oppida pertinuisse, variis ex chronicis discimus. Conf. DAU. BLONDELLVS d. T. II. p. 259. & 270. Pet. DIVÆVS *Rerum Brabant. Lib. IV. Francisc. HARÆVS in Proleg. Annal. Brabant. d. §. 3. Olim. VREDIVS de Sigillis Comitum Flandr. p. 81. Christoph. BROUWER Annal. Treurenf. T. I. L. X. p. 499. & 488. Augustin. CALMET dans l'*Histoire Ecclesiastique & Civile de Lorraine* T. I. pag. 917. MASCOV in *Princip. Jur. publ.* L. II. c. 3. §. 15. Varia tamen ratione hic Ducatus deinde fuit imminutus. Conf. J. B. GRAMAYE *Hist. Brabant. c. 5.* vbi bene obseruat: „Ducatum Lotharingiae tum angustioribus, „quam nuperi cum Principes possederant, terminis clausum fuisse, multis „regionibus proprios Comites, multis „nouos ex vicinis Episcopis Dominos „adeptis. De indole eius sub CAROLO Duce §. III. a) egimus. Post OTTONEM, huius filium, Duces archiepis limitibus circumscripti fuere, quod bene intellexit Fr. HARÆVS, qui in *Prolegom.* §. 3. scribit: „Duces Imperiales modo hic, modo illic sedem habuisse existimo, neque vlla ratione mihi per-suadeo, tam amplas eorum res praes Louanienfibus fuisse, atque DIVÆVS eas depinxit. Nimirum ab hoc tempore distinctum a Ducatu mansit Louanienfium infolge patrimonium, Brabantia cum vicinis regionibus inter Ducem & Comites diuisa. Vid. GRAMAYE *diel. Hystor. Brab. c. 6.* vbi asserit: „Duces Lotharingiae inferioris Marchiam cum Campinia, loca Hasbaniae & Gallo-Brabantiae partem possedisse; „Comites Louanienfes vero reliquum „Brabantiae obtinuisse. Conf. SUPPLE-*

MENT



OTTONEM, diuersarum familiarum Principes tenuerant, aa) plane se-  
iuncta erat. b) Non minus *Marchionatus Antwerpensis*, olim contra Gal-

G  
los

MENT aux Trophées de Brabant Tom. II.  
L. II. p. 287. Facta vtriusque Lotharin-  
giae Ducatus bene exposuit BLONDEL-  
EVS d. T. II. p. 270. de quibus etiam egit  
DN. MASCOVIVS *diss. de nexu Regni Loth.*  
*cum Imp. R. G. imprimis §. 17. in verbis:*  
Hanc (Lotharingiam) Duces Lothar-  
ingiae inferioris primo rexerunt.  
Deinde, mutata terrarum facie, Du-  
cumque auctoritate non amplius per  
vniuersam prouinciam vigente, Im-  
peratores Vicarios per eam quando-  
que constituerunt, qui vice regia iura  
Imperii tuerentur. *Adolphum Nas-*  
*seuitem* ipsam Brabantiae Ducem Vi-  
carium per has oras instituisse, suo  
loco notabimus. Jam ALPHORSVS  
Rex HENRICO III. Duci eiusmodi supre-  
ma iura commisit. Auctor est *Ed. WIN-*  
*TERVS L. V. cap. 1. ap. BYTKENS T. I. in*  
*Probat. pag. 97. verb.* „Alphonfus A.  
1255 (1257) constituit Henricum,  
huius nominis tertium, Ducem Lo-  
tharingiae & Brabantiae, vniuersalem  
Tuorem, Custodem ac Defensorem  
Vasallorum, Ciuitatum, Oppidorum,  
Terrarum & omnium iurium Imperii,  
a Brabantia vsque ad Rhenum & a  
terminis dioeceseos Treurenfis in de-  
scensu Rheni vsque ad mare, cum  
potestate sibi rebelles corrigendi &  
ipsos conciliandi, ac leuandi poenas  
pecuniarum, obuentiones, reditus &  
prouentus, prout in litteris desuper  
confectis plenus habetur. Conf. 70.  
*Jacobi IFFLETIVS in Alsaris vindicata*  
*pag. 10. Diploma ADOLPHI Regis, A.*  
*1294 datum, vide ap. BYTKENS d. l.*  
*pag. 117. ibi:* „Adolphus cet. Johan-  
nem, Lotharingiae, Brabantiae &  
Limburgi Ducem, — — constitui-  
mus ADVOCATVM PRINCIPALEM &  
Redorem & Judicem generalem in  
aquis & in terris, ad exercendum  
omnia, quae Pacis obseruantiam re-  
spiciunt, & ad Advocati Principalis  
officium pertinere noscuntur, nostro  
& Imperii nomine exercenda, a par-  
tibus circa flumini *Adolfellae* vsque ad

partes maris, quod *Zee* vocatur; &  
ex parte Rheni altera versus *Westpha-*  
*liam:* BYTKENS T. I. L. IV. pag. 327.  
addit: „Certe Constitutio (*Adolphi*  
*Reg.*) fut infalliblement donnee pour  
reftablr l'aythorité des Ducs de Lo-  
thier en leur ancien splendeur. estre  
& pouvoit, en quoi par consequence  
confistoir l'augmentation & la digni-  
té Imperiale. Conf. *Diploma CON-*  
*RADI Regis ap. CHEFLETIVM d. l. pag. 9.*  
Reliquis iurium Ducum Lothar. haud  
dubie accensenda superior aduocata  
regalis Aquis, de qua testatur *Charta*  
*a. 1280. ap. BYTKENS d. T. I. in Probat.*  
*p. 112. verbis:* „Judices, scabini, con-  
sules, ciuium magistratus & ceteri ci-  
ues regalis sedis Aquis notum fa-  
cimus tam praesentibus, quam futu-  
ris, quod nos vnanimiter recognoscimus  
illustrem Principem, Dominum  
Johannem, Dei gratia Loth. & Brab.  
Ducem, nostrum esse (quemadmo-  
dum sui honorati praedecessores fue-  
runt) SVPERIOREM ADVOCATVM. Et  
nos ipsum & suum, qui in Ducatu le-  
gitime successerit, heredem, pro no-  
stro SVPERIORE constitemus & tenemus  
in perpetuum ADVOCATO, & eidem  
Johanni, Loth. & Brab. Duci, promit-  
timus bona fide, quod eidem & he-  
redi suo contra omnes, qui nunc su-  
persunt, aut poterunt supersesse, (ex-  
cepto Serenissimo Domino nostro  
Romanorum Rege ac Imperatore)  
assistentes fideliter consilio, auxilio  
& fauore. Datum Aquis A. D. 1280.  
Add. *Diploma Johannis Ducis ibid. Har-*  
*drian. VALESIVS Notit. Galliar. voc. Lo-*  
*tharingia p. 287.*

aa) Conf. J. B. GRAMAYE *Hist. Brabant.*  
*cap. V. seq. PFEFFINGER in Pitruario illus-*  
*trato L. II. T. XVI. p. 270. seqq.*

b) MAGN. CHRON. BELG. p. 97. Ant. SAN-  
DERI *Chorographia Brabant. in Laga*  
*Parthena illustrata §. 23. pag. 48. ibi:*  
Godefridus Comitatus Louaniensi Lo-  
tharingiae Ducatum & Antwerpensi-  
sem Marchiam adiunxit. LIPSIVS  
in Lo-

ios in *Pago Rheni* institutus, *bb*) propriis rationibus constabat, *c*) quamvis non eo demum tempore, quo Comites Louanienſes Ducatu Lotharingico fortunas ſuas auxerant, cum illo coniunctus videretur, dum vtrumque vni conferre Caefares iam pridem in more poſitum haberent. *d*) Brabantiae Ducatus *dd*) hoc aevo ne nomine quidem cogni-

tus

in Louania L. I. c. 12. Fr. HARÆVS d. I. 70. Bap. de VADDERE. Canonici Anderlechtens in Tr. de l'Origine des Ducs & Duché de Brabant. Ol. VREDIUS d. Tr. p. 82. SUPPLEMENT aux Trophées de Brabant T. II. L. III. p. 285. Inde Godefridus Barbatus & ſucceſſores eius has terras a Ducatu in titulis ſuis bene diſtinxerunt, exemplo ſit Diploma A. 1107. ap. RYTK. in Probat. p. 30. „Ego „Godefridus, Dux & Marchio Lotharingiae, Comes Louanii: nec non alius de A. 1110: „Ego Godefridus, „D. G. Dux Lotharingiae & Comes „Louaniae. 1BI D. p. 31. Plura exempla videri poterunt apud EYNDEN p. 34. 38. ſeq. Ol. VREDIUM d. Tr. pag. 31. ſeq. Add. Diploma fundationis Monasterii Paderbecani ap. MIRÆVM in Cod. donat. par. cap. 83. ibi: „Aduocatus vero loci „erit, quicumque Louanii Comes fuerit. Charta a. 1140. ap. EYND. pag. 389. ibi: „cui poſt patrem cum Comitatu & „Ducatu tota terra ſuruebat ſubdita. *bb*) Conſ. Jo. Bapt. GRAMAYE in Antwerpia & CHRON. GOTTWIGENSE T. II. pag. 746. *c*) VYTKENS T. I. Lib. I. c. 7. pag. 17. ibi: „Après que le Royaume de Lothier „fut diviſé en deux Provinces il eſt „vrayſemblable, que les Ducs de Lothier le Marquisat d'Anvers ont poſſédé point toutes fois conjointement & comme vne meme piece, ni a meme titre, mais en qualité de Marquis du S. Empire qu'eroit lors, & encor a preſent eſt dignité diſtincte de celle de Duc de Lothier ou Lorraine; add. pag. 16. LIPSIVS d. L. I. cap. 12. ibi: „Norandum, a Brabantia & Lotharingia (eſt) nunc in illa cenſetur) Marchiam diuiſam fuiſſe. Non quia olim in Lotharingia non fuerit, ſed nimirum Imperatores Germanici auelant & ſibi & ſuis, quibus gratificari

„vellent, eam ſeruarunt. Antea expoſuerat, quas terras comprehenderit. Add. VALESIVS Netiv. Gall. voc. Andoverpum. Ol. VREDIUS de Sigillis Comit. Flandr. p. 84. CHRON. GOTTWIG. T. I. pag. 746. Si Auctori Chronici ventuſti apud GRAMAYVM in Louania pag. 7. Antiq. Brabant. fides, Marchionatus huic Comites Louanienſes iam antea poſſederunt, eumque in Lotharingiae Duces tranſulerunt. Conſ. IDEM in Antwerpia L. III. c. 1. & 3. De origine huius vocabuli agunt Godefr. HENSCHENIVS Lib. de tribus Dagobertis L. IV. c. 8. Carol. SCRIBANIVS in Origin. Antwerp. c. 5. Fr. SWERTIVS in Monumentis Ducat. Brabant. p. 5. Godefr. WENDELINVS de natali ſolo Legum Salicar. c. 16. p. 109. voc. Anhuverbo.

*d*) LAMBERTVS SCHAEFFNER, ad A. 1076. Diploma Henrici II Imp. ap. HARÆVM in Proleg. §. 3. VYTKENS d. I. p. 16. J. B. GRAMAYE Hiſt. Brabant. cap. 21. ibi: „Henricus Imperator Godefrido, Eustathii, Boloniensis Comitis ex Ida, Godefridi Gibberis ſorore, filio, Marchiam „Antwerpenſem; filio autem ſuo, „Conrado, Ducatum Lotharingiae diſtribuit. Sed non multo poſt, ad „Regnum Italiae euecto Conrado, Ducatum Marchiae adiunxit.

*dd*) A titulo Ducis Brabantiae diſtingui debet ille, quo ſe non raro Ducem Louanienſem vocavit Godefridus M. cum ſuis ſucceſſoribus. Hic longe antiquior illo, nunquam cum Lotharingia iunctus occurrit. Vid. diplomata ap. MIRÆVM d. I. VREDIUM de Sigill. Comit. Flandriae p. 82. GRAMAYVM in Louania p. 6. Diploma FRIDERICI I. Imper. a. 1155. apud VREDIUM in Gen. Comit. Flandr. in Probat. P. I. p. 107. Pacta dotalia Henrici II. Ducis a. 1179. 1BI D. p. 226. Originem eius prodiit J. J. CHIELETIVS, qui in Luminibus genealogicis pag. 169. aſſertit: „a loco



tus e), post centum annos demum auditus, cum Lotharingico vnus idem-  
G 2 que

33 a loco habitationis dictos esse Duces  
34 Loth. superioris, *Duces de Nancio*;  
35 Duces inferioris, *Duces de Louanio*  
36 sive *Louanienses*. Add. GRAMAYE in  
37 *Louanio* p. 6. in verbis: „secundi gene-  
38 ris Ducem inuenio, cum Godefridus  
39 se scribit Dei gratia Ducem Loua-  
40 niensem, id est, Lotharingiae, ab vrbe  
41 eius primaria. Consensit VALENTIS  
42 voc. *Lotharingia* pag. 287. cui addere li-  
43 cet BLONDELLVM T. II. *Affert. Geneal.*  
44 *Franc.* p. 134. vbi sententiam suam hunc  
45 in modum proferit: „Nullus vnquam  
46 (proprie loquend.) Louanii Dux fuit.  
47 Dicam amplius, in nullum Louanii  
48 Dynastam ante annum 1106 Ducalis  
49 titulus transit. Tunc enim apud  
50 Vangionem ciuitatem — — Hen-  
51 ricum Limburgicum Ducem rebus  
52 publicis priuauit Henricus V. eiusque  
53 Ducatum (Lotharingiae scil. inferioris  
54 titus praefectura) Godefrid. Comiti  
55 Louanienfi, dedit. (sunt verba Chron.  
56 Hildef.) Cumque ex eo tempore  
57 se Henricus & post-ri Limburgenses  
58 non Comites, vt ante annum 1095,  
59 sed Duces nominarent, ad maiorem  
60 vtriusque familiae inferioris sibi Lo-  
61 tharingiae Ducatum vindicantis di-  
62 stinctionem, Godefridi nepotes non  
63 nunquam Louanienfes Duces aemuli  
64 Limburgenses Duces (quomuis nec  
65 Louanio per se, nec Limburgo Duca-  
66 tis titulus conueniret) vocati sunt.  
67 e) Prouocamus hic ad diplomata Brabantia,  
68 quorum magnus numerus extat.  
69 Horum non erit sincerum atque genui-  
70 num, quod ante HENRICVM I. Ducem  
71 tituli Ducis, vel Ducatus Brabantiae  
72 mentionem faceret. Quae merito  
73 IPSIVS d. tr. L. l. c. 13. „illud tamen,  
74 inquit, video & teneo Comitatum mo-  
75 do Brabantiam tunc fuisse, neque  
76 Ducatus nomen apud nostros repe-  
77 riri ante Henricum IV. Comitem, qui  
78 accepit; nam hoc Historici nostri  
79 docendi sunt. Add. IDEM *Lit. II.*  
80 c. 1. BYTKENS T. I. L. II. c. 4. p. 199.  
81 sibi: „Ce fut lui (Henry) qui premie-  
82 rement comença a porter le titre

33 de Duc de Brabant avec celui de Duc  
34 de Lothier, ce que ses successeurs ont  
35 depuis continué. Vid. *Diplomata*  
36 *Brabant.* ap. AUB. MIRÆVM *Opp. diplom.*  
37 *T. I.* pag. 196. 197. 199. 401. 407. 408. 574.  
38 576. 578. seq. Ol. VREDIUM de *Sigillio*  
39 *Comit. Flandr.* pag. 81. seqq. BYTKENIUM  
40 *T. I.* in *Probationibus*. Primum, quan-  
41 tum quidem constat, Brabantiae Ducis  
42 vocabulum occurrit in literis Principum  
43 Germaniae de electione OTTONIS  
44 *Brunsvicensis* A. 1178. ad INNOCEN-  
45 TIVM III. missis, apud MIRÆVM *T. I.*  
46 *Opp. dipl.* pag. 197. vbi in subscriptione  
47 haec verba leguntur: *Henricus, Dux*  
48 *Lotharingiae, qui est Brabantiae, Mar-*  
49 *chioni Romani inuersi, etc.* His adden-  
50 diae veterae inuestiturae PHILIPPI *Reg.*  
51 *A. 1204.* ap. BYTKENS in *Probat.* nec  
52 non *Praeceptum HENRICI Rom. Reg.*  
53 *A. 1222.* apud VREDIUM in *Gen. Com-*  
54 *itum Flandr.* P. I. *Probat.* p. 133. *Di-*  
55 *ploma HENRICI iun. A. 1234.* apud  
56 EVMD. in *Sigill. Comit. Flandr.* pag. 83.  
57 hoc elogio vtur: „Henricus iunior,  
58 filius Ducis Lotharingiae & Braban-  
59 tiae. Add. *Charta A. 1238.* apud MI-  
60 RÆVM *T. I.* p. 311. Ipsi tamen Duces  
61 in diplomatibus suis hoc titulo vix vti  
62 sunt ante annum 1238. Chartam enim  
63 a. 1231, quae *T. III. Opp. dipl. Miraci*  
64 *Henrico I.* tribuitur, facile spuriam de-  
65 prehendit qui eam cum reliquis chartis  
66 Ducum Brabantiae ac spectatim Henri-  
67 ci I. contulerit. Nec hoc tempore ille  
68 Ducibus adeo familiaris fuit. Ex-  
69 tant enim diplomata anni 1238 &  
70 sequentium annorum, in quibus exulat.  
71 Vid. diploma ap. MIRÆVM *d. T. I.* p. 579.  
72 Quod haud dubie MIRÆVM mouit, vt  
73 *d. T. I.* p. 73. nota 7. scriberet: „Henri-  
74 cus III. Lotharingiae eo nomine  
75 Dux circa annum 1250 titulum Bra-  
76 bantiae Ducis primus assumpsit.  
77 Monuit tamen Hadr. VALENTIS *d. l.*  
78 voc. *Lotharingia* p. 287. „AUB. MIRÆVS  
79 ex veteribus diplomatibus certo sibi  
80 constare non semel ait, Henricum  
81 eius nominis tertium, Ducis Lotha-  
82 ringiae titulo Brabantiae titulum  
83 a. 1247

que habitus non fuit *ee*), tantum abest, vt idem cum illo dici possit. Godefridum Louaniensem, quem magnum posteri haud immerito praedicarunt, Brabantiam iam antea possessam ab HENRICO V. Imperatore beneficali iure obtinuisse, diplomatum fidei incorruptae aequae refragatur, nec quisquam veterum hoc asseruit. Potius pristina & perantiqua harum terrarum ratio etiam post Godefridum M. immutata permanit, Duxque

30 a. 1247 adiunxisset, quod tamen  
31 DIVÆVS multo prius contigisse asserit. Certe MIRÆVS sibi ipse non  
32 constat; nam in *Chronico suo* Henricum I. A. 1225 Lotharingiae & Brabantiae Ducem appellat & Henricum  
33 II. eius filium ac successorem anno  
34 1240 iisdem titulis donat. Et ipse  
35 litteras duas in *Cod. donat. piar.*  
36 profert a. 1243 & 1245 datas, in  
37 quibus Henricus, eius nominis secundus, Dei gratia Ducem Lotharingiae  
38 & Brabantiae se nuncupat. — —  
39 Quidam titulum Brabantiae titulum  
40 Lotharingiae tribus fere seculis altero  
41 vetustiori, male praeposunt. Add.  
42 *Dau. LINDANVS de Tenera comoda L. I. cap. 5.* in verbis: „Lotharici Ducalem  
43 titulum Brabantiae Principes vetusto  
44 de more adhuc inscribunt, immo  
45 etiam praefcribunt, idque & meritis  
46 & veterum imitatione, quum Brabantiae  
47 titulus demum ab Henrico III.  
48 assumptus sit ad a. 1247. Conf. *J. B. GRAMAYE Histor. Brabant. cap. 9. III.*  
49 *MASCOV dicit. disseri. §. 18.* ibi: „Henricus III. Brabantiam titulo Ducatus  
50 inseruit, atque ab eo tempore Duces  
51 Lotharingiae & Brabantiae vocati  
52 sunt: MIRÆVS quidem circa annum  
53 1250 factum scribit. Sed existant  
54 antiquiores tabulae, in quibus  
55 hic titulus occurrit. Vid. ex gr. *Diploma de anno 1243.* apud *EVNDEM* in  
56 *Cod. donat. piar. c. 105. IDEM in Princip. Inscr. publ. L. II. c. 3. §. 17.* Ex quo  
57 nunc emendari & suppleri poterit *BLONDELVS*, qui *T. I. Affer. Geneal. Franc. in praefatione apologetica*, contra *CHIFLETII Tenensium expensum* disputans, scribit:  
58 „Brabantium Ducatus nulla prorsus  
59 ante annum 1106, quo Godefridus  
60 Barbatas, Louanii in Brabantino pago  
61 Comes, Lotharingiae inferioris Du-

30 catu ab Henrico V. donatus est, mentio  
31 fuit; nec non *Tom. II. pag. 234.* ibi:  
32 „HENRICVS ille II, ad quem *INNO-*  
33 „BENTIVS IV. legatum misit, Lotharingiae  
34 „vnius Dux fuit, non Brabantiae, quae  
35 „tunc Ducatus nec reuera  
36 „fuit, nec a quoquam dicta est.  
37 ee) Conf. §. III. e) *MAGNYM CHRON. BELGICVM* apud *Vrsif. pag. 97.* ibi:  
38 „Hic notandum, quod postquam Archiducatus  
39 „Lotharingiae separatus est a Brabantia,  
40 „nunquam deinde Brabantia dicitur Ducatus,  
41 „sed Comitatus Louanienfis, vel Bruxellensis.  
42 „Inde patet, Brabantiam titulum Ducatus  
43 „directe & per se olim non habuisse,  
44 „nisi cum Archiducatus Lotharingicus  
45 „Brabantiae vniueretur. *CHRONICON NIVELLEENSE d. l. Dau. BLONDELVS d. T. II. p. 234.* vbi bene obseruat:  
46 „ANTIQUOS BRABANTIAE PRINCIPES,  
47 „Giselberti Manuaticensis & Irmengardis,  
48 „Lothario Imperatoris natae, posteros, anno demum 1106  
49 „titulo Ducali, non qua Brabantiae  
50 „possessores, sed qua Lotharingiae inferiori  
51 „praefecti fuissent, ornatos fuisse. Praeter  
52 „hos rem bene exposuit *BROWERVS Annal. Treurenf. L. XIII. T. II. p. 4.* in verbis: „Ducatus  
53 „Lotharingiae, quo Henricus Limburgicus  
54 „potitus erat, Godefrido Louanienfis  
55 „Comiti Regis dono cessit. Qua rerum  
56 „vicissitudine inferioris Lotharingiae  
57 „Ducatus, velut a trunco suo recisus,  
58 „in Ducum (Comitum) Brabantiae  
59 „familiam infunditur, frustra renitente  
60 „Limburgico. Conf. *G. HENSCHENIVS de tribu Dagobertis L. II. c. 8.* De  
61 „differentia inter Ducatum Lotharingiae  
62 „& Brabantiam accurate disserit *J. B. GRAMAYE in Antiquitatibus Gallo. Brabantiae p. 10.*  
63 „verbis: Hoc addam, vel dignitatem hanc  
64 „Ma-



Duxque Comitum titulum reliquis titulis suis non raro praeposuit. f) Se-  
culo fere integro claso, Ducatus titulus Brabantiae indirus, g) quae  
H cum

» (*Magni Brabantiae Balliu*) in hoc  
» Brabantiae tractu, & non alibi, notam,  
» indicio esse posse diversitatis, quae  
» necessario scienda est Historico inter  
» *Brabantiae & Lotharingiae Ducatum*.  
» Et pag. 12. in *Genappi*: » Dices Lothar-  
» ringiam idem esse cum Brabantia,  
» Contrarium docent Henricus, Comes  
» Louanienfis, (qui Dux Lotharingiae  
» non fuit) qui se Terrae Brachbanten-  
» sis Comitem appellat. Et certius  
» ipse Godefridus in Diplomate Dona-  
» tionis, factae Equitibus Ierosolimitan-  
» nis, vocat se Ducem Lotharingiae &  
» Comitem Brabantiae, quod posteris  
» idem apparet esse cum Comite Loua-  
» nienfi, quo titulo idem ipse alibi vi-  
» tur. Unde liquet, *Brabantiae titu-  
» lum* aliud quid fuisse, quam *Lotha-  
» ringiae*. Et quod Historici tradunt,  
» Henricum Ducem Lotharingiae titu-  
» lum cum Brabantiae titulo mutasse,  
» eo, quod ille Ducibus superioris ad  
» Mosellam provinciae proprius vide-  
» retur, puto erroneum esse, & factum  
» imprudens sine auctore, ob causam  
» hic non dicendam, adeoque ipsorum  
» Scriptorum Francorum testimonium  
» Lotrichii & Lotharingiae nomen an-  
» te aliquot secula magis proprie hae-  
» sisse penes nostros Duces, quam penes  
» Duces superioris Lotharingiae,  
» seu verius *Lorranae*. Consentit  
» SUPPLEMENT aux *Trochies de Brab.*  
» T. I. Lib. I. pag. 16. ibi: » Gennap com-  
» prend aujourd'hui tout ce qui reste du  
» grand nom & du titre du Duché de  
» Lothier, & contient quatre Bourgs,  
» cent soixante quatre villages, douze  
» Baronies & huit Abbayes, qui sont  
» dans son territoire. Add *Ed. DIN-  
» TER* in *Chron. Brabant.* ap. *VREDIUM*  
» in *Gener. Comit. Flandr.* P. I. pag. 242.  
» SUPPLEMENT aux *Trochies de Brabant*  
» T. I. L. II. p. 15 seq. Ex quo nunc ma-  
» nifestum redditur, sententiam illam,  
» quam nos oppugnamus, non maiori  
» fundamento niti, ea, quae Brabantiae  
» Ducatum iam ad tempora Regni Au-

strasiae refert, qua Auctores Chronico-  
rum plerumque vsi sunt.

f) *FR. HARÆVS* in *Proleg.* §. 1. » Gode-  
» fridus Barbatus, etiam postquam Dux  
» solemniter esset solutus, praeposuit  
» tamen adhuc titulum Comitum Loua-  
» nienfis. Vid. *MIRÆI Dylam. Belg.*  
» *Opp. T. I. p. 252.* ibi: » Godefridus, gra-  
» tia Dei Comes Louanienfis, Dux Lo-  
» tharienfis. Conf. *LIPSIVS* in *Lo-  
» uanio L. II. cap. 1.* & *GRAMAYE* in *Lo-  
» uan. p. 7.* *Antiq. Brabant.* Quid Gode-  
» frido Barbato atque Louanienfis Du-  
» catu Lotharingico tum accesserit, ex  
» conditione huius Ducatus, non vna ra-  
» tione imminuti, (not. 2) h. §.) aestima-  
» dum. Nimirum praeter Marchiona-  
» tum Antwerpensem, magnam partem  
» Gallo-Brabantiae & iura nonnulla Du-  
» calia non adeo magna ex tanto naufragio  
» supererant. Inde facile apparet,  
» ingentes illas fortunas, quibus Braban-  
» tium in Belgio eminere, non tam Ducatus  
» Lotharingici accessione iis obuensse,  
» sed iam antea magna ex parte ab eis  
» possessas, ac deinde varia ratione insigni-  
» ter auctas fuisse, quod tabulis a *Chri-  
» stoph. BVTKENIO* in *Probationibus Tro-  
» phaeorum* collectis, satis probatur. Conf.  
» *PET. DIVÆVS* *Rerum Brabant.* L. VI. §  
» VII. & *J. B. GRAMAYE* in *Gallo-Brab-*  
» *antia.* *BLONDELLVS* *Tom. II. Assert.*  
» *Gen. Franc.* pag. 259. Quam vero *D. N.*  
» *XOPPIVS*, posthabita terrarum Bra-  
» banticarum diversitate, vtriusque Duca-  
» tus origines, tam ratione temporis,  
» quam rei ipsius satis diversas, non di-  
» stinxerit, immo potius Ducatum Lotha-  
» ringicum & Brabantium, inde a primo  
» illius ortu, vnum eundemque habuerit  
» Consecutiones inde deductas, quibus  
» potissimum vsus est, quomagus Serenissi-  
» mis Landgrauis Hassio-Cassellanis in  
» hereditate Brabantina primas deferret  
» partes, satis fallaces atque falsas esse,  
» necesse est.

g) Hoc probe perspectum habuit *Petrus*  
» *STOCKMANNVS*, supremi Brabantiae  
» consilii senator, dum in *Tr. de Jure de-*  
» *mas.*



cum Lotharingico Ducatu, seu potius reliquiis eius, nec non Marchio-  
nato aliisque a Ducibus possessis terris vnicum quasi Ducum patrimonium constituit. *h)* Hoc vero nouis incrementis deinceps auctum,

VNVM

*uoluit. P. II. c. 2. n. 9.* scriberet: „ Illud  
est, quod potissimum volumus, non  
potuisse anno 1005 Gerbergam fratri  
suo succedere in Ducatu Brabantiae,  
qui nondum in rerum natura exsta-  
bat, cum nondum coaluissent in  
vnum ditiones illae, quae *CORPVS*  
BRABANTIAE deinde constituerunt,  
& ex quibus partibus hodie constat.  
Conf. *IDEM Part. III. cap. 2. n. 8. Dau.*  
*BLONDELLVS d. T. II. p. 259. Et 268.*  
*h)* *LIPSIVS in Louano L. A. c. 13.* senten-  
tiam suam de hac re his verbis proferit:  
„ Suspicio, cum Duces iam Lotharin-  
giae nostris essent, impetrasse ab Im-  
peratore, vt ille Comitum Brabantiae  
titulus in Ducalem item mutaretur.  
Factum, & placuit nouellus hic praee-  
sillo veteri, quia ambiguus erat, &  
Duces superioris Lotharingiae etiam  
vsurpabant, adeoque inuoluit, vt ob-  
literato Lotharingiae & aliis, hanc te-  
nerent, & terris suis communica-  
rent. „ Veterum tamen lapsus hac in  
re notandi videntur. *Primum*, quod  
abrogato vel obliterato Ducatus Lotha-  
ringici nomine, Brabantiae Ducatus, au-  
ditore Henrico I. Duce in eas locum  
substitutus sit, de quo errore *J. B. GRA-*  
*MAYE in Gallo-Brabantia p. 12. (Supr.*  
*not. a) in fin. egit. Alter, GODEFRID-*  
*VM I.* & qui eum secuti sunt, titulum  
Ducat. Lotharingiae inferioris sumis-  
se, quomagus se discernerent a Ducibus  
Lotharingiae superioris. Vterque di-  
plomatibus Brabant. satis confutatur.  
Conf. *IDEM d. l. LIPSIO Per. STOCK-*  
*MANNVM, qui Tabulario Brabantino vsus*  
*est, addimus d. Tr. P. III. cap. 2. n. 8.* in  
verbis: „ Quis autem Brabantiam in  
Ducatum crexerit, & quando id con-  
tigerit — — dicam breuibus. Titi-  
ulum manasse ab Imperatoribus  
Germanicis, qui Duces Lotharingiae  
circa annum tertium & quartum sae-  
pra millesimum ducentesimum simul  
compellare coeperunt Duces Lotha-  
ringiae & Brabantiae, ac nominatim

in celebri constitutione Philippi Imp.  
anni 1204, praesentibus & adscripu-  
lantibus Principibus Imperii, quam  
compellationem alii successus Impe-  
ratorum & externi Principes facile se-  
cuti sunt. Conf. *IDEM in Decisio-*  
*nibus Brabant. Decf. 1. pag. 15. Hadr.*  
*VALESIVS in Notis. Galliar. voc. Lotha-*  
*ringia. ibi: „ Qui Comes primum, de-*  
*inde Dux Lothariensis nuncupaban-*  
*tur, postea Ducis Brabantiae magnifi-*  
*centiore nomine dici maluerunt, at-*  
*que hanc Ducum Lotharingiae titulo*  
*appellationem adinuerunt. BLON-*  
*DELIVS d. T. II. General. Franc. Affer.*  
*p. 330. asserit: „ Brabantiam & Limbu-*  
*rgum suo iure Ducatus nunquam fuis-*  
*se, sed ipsi abosue Ducalem titu-*  
*lum fuisse tributum. Add. III. MARS-*  
*COY in Princip. Jur. Publ. L. II. cap. 3.*  
*§. 17. ibi: Henricus III. Dux, Braban-*  
*tiam Ducati titulo inferuit, atque ab*  
*eo tempore Duces Lotharingiae &*  
*Brabantiae vocari sunt. Sententia,*  
*quam OL. VREDIVS de Sigillis Comit.*  
*Flandr. p. 83. seq. & August. CALMET*  
*dans l'histoire de Lorraine T. I. pag. 917.*  
*protulere, ex dictis facile diiudicari po-*  
*terit. An tum terras Brabancas iam*  
*olim possessas Duces Imperatori in se-*  
*rum obulerint, vel potius vniuerso*  
*terrarum patrimonio nomine Ducatus*  
*Lotharingiae & Brabantiae a Caesare in-*  
*uestiti fuerint; ab aliis quaesitum legi-*  
*tur. Quae de indole terrarum Bra-*  
*bancicarum olim magno studio disputa-*  
*tum atque cum hac quaestione alia*  
*simul, quae de subiectione earum intui-*  
*tu Imperii Germanici concepta erat,*  
*commixta fuit. Vid. OL. VREDIVS de*  
*Sigillis Comit. Flandr. p. 83. seq. August.*  
*CALMET Histoire de Lorraine Tom. I.*  
*p. 917. STOCKMANNVS in Decisio-*  
*Brabant. Dec. 1. n. 14. ibi: „ Nam in-*  
*primis verum non est, Brabantiam*  
*Imperii Romano-Germanici mem-*  
*brum vnquam plene fuisse. Cum*  
*Ditio Louanienfis, Bruxellensis, Syl-*  
*uaedu-*



VNUM fere CORPVS habitum, eique a BRABANTIA vulgo nomen inditum fuit. *hh*) Quod diplomata, a MIRAEO, BVTKENIO, VREDIO,

H 2

aliis,

uaducensis, Dieftensis, Thenensis, Arctothana, Wallonica seu Romana, aliaeque eius Imperii Maiestatem nunquam agnouerint, aut iure clientelari imperatori paruerint. Sed Stockmanno bene responsum ab Ill. MASCOVIO d. *differt.* §. 7. §. 24. not. 1. in verbis: „Fuérnt Louanienfis, Bruxellesnsis aliaeque ditiones vetus familiae allodium, ergone exemptae a subiectione, quam omnia, quae intra fines regni alicuius sita sunt, summo Imperio debent? Hoc est primum subiectionis & obsequii fundamentum. Quod si feudale vitulum accesserit, praeter primaeum illum nexum alia noua, ex indole feudorum in qualibet curia vigente, inducitur obligatio. In diuidenda priorae questione literae clientelares Brabanticae, quas MIRAEVS, BVTKENIUS alique libris suis inseruerunt, veramque paginam faciunt. STOCKMANNVS hac in re sibi parum constans l. c. n. 15. *seq.* refert, Anno 1516 delegatos in hanc rem Consiliarios, addita enumeratione eorum, quae tum inflexo examine, ab illis fenda Imperii habita sunt. Conferatur IDEM n. 16. §. 17. & in Tr. de iure deusult. P. III. c. 1. n. 8. §. B. GRAMAYE *Hist. Brabant.* cap. VI. §. B. DE VADDERE *cit. Tr.* cap. XV. DN. MASCOVIO d. *diff.* §. XIX. *seqq.* Non opus est in hanc rem accuratius inquirere, quam certissimum sit, ordinem succedendi in gente Ducum Brabantiae immutatum permansisse; nec vnquam quid detractum fuisse iuri, quo fratres natu minores cum maiori in patris hereditate vsos diximus, adductae diuisionum ac transactionum, etiam post haec tempora initarum, tabulae satis euincunt. Conf. §. XII. XIII. XIV. & XVI.

*hh*) SUPPLEMENT aux *Trophées de Brabant* T. II. L. III. pag. 285. verbis: „Le Duché de Lothier réuni aux Comtez de Louvain, de Mansuarie & d'Arnaut & au Marquisat du S. Empire ses parties, composent en tout, qui ne com-

prend guere plus que le pais entier du Brabant moderne: Add. BVTKENIUS T. I. L. I. c. 6. p. 12. ibi: „La Duché de Brabant, comme on la prend maintenant, est composé de diverses pieces, car elle comprend partie de l'ancien Brabant — — partie de l'Haebaing, presque toute la Taxandrie, ou sont comprins les anciens Comtez de *Burgenon, Darnau & Mansuarie*, avec bonne partie de celles de *Streyen*, voit même le Marquisat de *Annvers* ou du S. Empire est réputé pour Brabant. „ Quo significatur, si quis Brabantiae Ducatum accipere acque diuersa tempora Ducatus Lotharingiae inferioris probe distinguere velit, a vero, non adeo alienum animaduertet, quod BLONDELLVS *cit. T. II. p. 268.* asseruit, Ducatum Brabancicum LOTHARINGICI VETERIS propaginem esse: nec non illud, quod pag. 259. legitur, in verbis: „Brabantiae singula membra dominio suo adiungere Godefridus posteri, paullatim compacto ex Lotharingici ruinis Brabancico, qui nunquam antea in serum natura fuerat, Ducatu. Quibus iungendus locus tertius IBID. pag. 270. vbi de factis Lotharingiae Mosellanae disserit, ac deinde pergit: „Eadem fere Lotharingiae inferioris (vulgo *Lothier* dictae) conditio. Cum enim anno 1106 Ducatus eius, abdicato Henrico Limburgensi, Godefrido Louanienfi ab Henrico V. adscriptus fuisset, & Brabancicum Pagum cum Hasbanienfis parte priuari sui iuris fecissent Godefridus posteri, pederentim exoleuit Lotharingici Ducatus memoria, vt Brabancico, abusive & improprie sic dicto, locum faceret, tanquam fuit praecedente tempore scriptorum negligentia, vt quem ab anno 1106 Lotharingiae Ducem & Marchionem, Louaniensem Comitem, proprie locuti, dixerant, circa a. 1137. &c. Louaniensem Ducem, circa a. 1204. Lotharingiae & Brabantiae Ducem, circa a. 1207.

22 &amp;c.

aliis, magno studio collecta, satis testantur. Ducatu Limburgico a JOHANNE I. Brabantiae addito, tres simul Ducatus in titulo Ducum Brabantiae enumerantur. 1)

## §. XI.

Godfridus Barbarus, quem magnum quoque celebrant, Anno MCXL diem supremum obiit, a) GODEFRIDO II. & HENRICO filiis relictiis. Horum natu minor, Henricus, auitum Gentis suae patrimonium, quod ipsi cum fratre commune erat, aliquamdiu consueto more indiuisum habuit. b) Non minus pater Godfridus M. piis donationes aliasque bono-

» Sec. Brabantiae Ducem absolute, cir-  
» ca a. 1267 Brabantiae & Lotharingiae  
» Ducem, inuerso legitimo ordine,  
» inscriberent. caet.

a) Ex. gr. Johannes, Dei gratia, Lotharingiae, Brabantiae & Limburgi Dux. In diplomate A. 1148. quo Prouinciae Burgundicae Germanorum Imperio innectuntur, hi Ducatus a se inuicem adhuc bene distinguuntur in verbis: Nominatim Ducatus Lotharingiae, Brabantiae, Limburgi, Gelriae, Luxemburgi: Comitatus Flandriae, Artesiae, Burgundiae cet. Vid. §. 7. CHIFFLETIVS in *Asiatia Vindicata* cap. X.

## Ad §. XI.

a) De hoc anno extat diploma Godfridi Barbatu in Diplomatum Belgicis *Ant. MIRÆ 1 Opp. Diplom. p. 321.* cui addita obseruatio: Hoc eodem anno d. XXV. Jan. migrauit ex hoc Seculo piissimus & bellicosissimus Dux Godfridus Magnus, dictus Barbarus. Add. *Ant. SANDERVS in Historia rerum Affligensium p. 12. Jo. MOLANVS de militia sacra Ducum Brabant. cap. 56.*

b) Quod euincit Churia donationis HENRICI apud *BYRENS T. I. in Probat. p. 32.* ibi: „Notum sit omnibus, tam praesentibus, quam futuris, quod Ego HENRICVS, filius Godfridi, Ducis Lotharingiae & Comitatus Louani, ad declinandas miserandas & aerumnositas huius seculi procellas, ad Monasterium Affligemense, quasi portum salutis confugi, ibi Deo & sanctis Apostolis eius, Petro & Paulo, sub praesentia Petri Abbatis & totius congre-

» gationis, adstantibus hominibus meis,  
» me ipsam in Monachum offerens,  
» ALLODIVM, QVOD APVD SICHNE ET  
» RHODE, IUXTA WERDE EX PATRE MEO  
» ME LIBERE CONTINGEBAT ET COM-  
» MVNE CVM FRATRE MEO, DVCE GO-  
» DFRIDO, PATRIS MEI (in Ducatu)  
» SVCCESORE POSSIDEBAM, in aquis &  
» piscuis, in campis & siluis, in OMNI-  
» BVIS AD IVS NOSTRVM PERTINENTI-  
» BVIS, pro anima Patris mei & Matris  
» meae & Clariae sororis nostrae, &  
» pro me ipso & pro praedicto fratre  
» meo, Duce Godfrido, & sororibus meis  
» Aleyde Regina & Ida Comitissa, & pro  
» omnibus parentibus & amicis in Elec-  
» mosynam tradidi. Conf. HISTORIA  
» AFFLIGIENSIS ap. D'ACHERY Tom. II.  
» Spicilegii pag. 777. CHRONICON NIVELLE-  
» NSE d. l. p. 198. seq. Fr. BARREVS T. I.  
» p. 214. & 216. Anton. SANDER Choro-  
» graph. Brabant. in *Historia rer. Affligen.*  
» Quod Diploma, si quis cum Diplomate  
» HENRICI & GODEFRIDI, Comitum  
» Brabantiae, supra §. VIII. not. e) pro-  
» ducto, contulerit, simulque frequentio-  
» res diuisiones Brabanticas cogitauerit,  
» facile animaduertet, Primo, singulis filiis,  
» post mortem patris, ius succedendi in  
» terras Brabanticas competuisse: Deinde,  
» ante susceptam diuisionem fratres iu-  
» niores cum natu maiore eas simul pos-  
» sedisse. Porro, inter Henricum Mona-  
» chum & fratrem Godfridum non tum-  
» dum factam fuisse diuisionem, quae  
» etiam inter Godfridum M. eiusque fra-  
» trem, Henricum, intermissa fuerat.  
» Quarto, Henricum a fratre suo apana-  
» gium non accepisse; Quinto terrarum  
» diui-



bonorum suorum traditiones, eius consensu peregerat. c) Sacro deinde ordine electo, in *monasterium Affligemense* concessit, eiusque praedia bonis nonnullis, ex communi hereditate donatis, auxit, paulo post tamen obiit. d) Penes Godefridum II. reliquum patrimonii permansit. Is LVITGARDIM, filiam Alberti, Comitis de Daxburg & Muha matrimonio sibi iunxerat. Nati ex hoc matrimonio filii in auita huius gentis bona,

I

Mouba

diuisiones, quae Henricum excipiunt, ad transactiones de communi hereditate initas, magis accedere, nec accuratas diuisiones haberi posse. Ideo tamen, quod sextum nobis sit, portionem fratrum natu minorum apantium minus recte dici, nec vilo modo in censum alimentorum referri debere. Inde octauo fratres iuniores partem illam, quam ex conuentione accipiebant, iure optimo habuisse, nulla lege subiectionis vel etiam clientelae, grauata, eo tantum casu excepto, quo nonnunquam speciali pacto terras quasdam a Duce in feudum, vtut fatis improprium, susceperint. Vid. infr. §. XXIV. XXV. & XXVI. Conf. AUCTOR ANONYMVS *Observatorium ad Stockmanni Tr. de Jure deuolutionis* p. 62. 63. 66. seq.

e) BVTKENS T. I. L. IV. p. 107. „Henry  
 „Comte signa divers Chartes & let-  
 „trages avec son pere et frere,  
 „mais atteinç d'une inspiration divi-  
 „ne, il laissa les vanités mondaines &  
 „se retira au Monastere d'Affligem.  
 Diplomata nonnulla habet MIRÆVS  
 in *Cod. donat. piar.* p. 90. ibi: „Gode-  
 „fridus, Dux Lotharingiae, idem Mar-  
 „chio & Comes — — Siluulam in  
 „australi parte Louanii sitam, annuen-  
 „tibus filiis suis, GODEFRIDO & HEN-  
 „RICO, Gualtero, Abbati Ecclesiae  
 „B. Martini perpetuo possidendam  
 „donauit anno 1129. „ Antiquus de  
 „1110. vid. ap. BVTKENS T. I. in *Pro-  
 „bat.* p. 31. „Ego Godefridus, D. G. Dux  
 „Lotharingiae & Comes Louaniae,  
 „ASSENTIENTIBVS FILIIS MEIS,  
 „GODEFRIDO & HENRICO, partem  
 „sylvae meae cum decima tradidi San-  
 „ctimonialibus apud Forestum. Fr.  
 „HARÆVS T. I. pag. 213. Add. Charta  
 „fundationis Praepositurae Capellensis ann.  
 „1134. ap. MIRÆVM *Opp. diplom.* T. I.  
 „pag. 124. ibi: „Signum GODEFRIDI

„Ducis. Signum filiorum eius, GO-  
 „DEFRIDI & HENRICI, QVORVM  
 „CONSENSV HÆC PEREGIT. Diplo-  
 „ma anni 1140. *IBID* pag. 389. ibi:  
 „Adstante & iubente ipso Duce, Gode-  
 „frido ac eius prole generosa, cui post  
 „Patrem cum Comitatu & Ducatu to-  
 „ta terra subiuebat subdita. Add. BVT-  
 „KENS T. I. in *Prob.* p. 54. Ratio ex eo  
 „petenda videtur, quod filii omnes cum  
 „patre in communionem iuris & possessio-  
 „nis terrarum Brabantiarum essent, quod  
 „ex alio diplomate, eodem anno dato ap.  
 „MIRÆVM *Opp. dipl.* T. I. p. 505. magis  
 „confirmatur, quam in rem verba eius  
 „adducere liceat: sunt vero quae sequuntur:  
 „Ego Godefridus, Dux Lothar. &  
 „filii mei, Godefridus atque Henricus,  
 „notum facimus vniuersis — — Nos  
 „alodium B. Remigii diu tenuisse.  
 „Tandem vero compuncti & poenit-  
 „entia ducti — — iam dictum al-  
 „lodium — — Deo & B. Remigio  
 „atque Abbati prompta deuotione  
 „reddidimus — — Insuper in prac-  
 „sentia Domini Conradi Imp. illud ab-  
 „dicauimus, statuentes & confirmantes,  
 „quod a modo nunquam per nos, nec  
 „per aliquem nostrorum saepe dictum  
 „monasterium de ipsius alodium rebus  
 „aliquid dampnum patietur.

d) Vid. not. praeced. b). Ant. SANDE-  
 RVS *Chorograph. Brabant. in Historia*  
*rerum Affligemensium* p. 12. Jo. MOLAN-  
 VVS in *Mslit. sacra Ducum Brab.* c. 56.  
 in verbis: „Godefridus de Louanio  
 „mortiens duos reliquit filios, sed qui  
 „mox eum moriendo securi sunt. Le-  
 „gitur enim in antiquissimo Codice  
 „Parentis Ecclesiae — — A. MCXL  
 „obit Godefridus Dux magnus. A.  
 „MCXLI obit Henricus Comes, filius  
 „eius. A. MCXLII obit Godefridus  
 „Dux iunior frater Comitis Henrich.

*Mouha & Waleue* vocata, nec non in *Comitatu Daxburgensem* aliaque beneficia, ab *HVGONE*, fratre *Luitgardis*, A. MCLXXII. sine liberis extincto, possessa, successerunt. c)

## §. XII.

Godefridum II. iam A. MCXLII. mortuum secutus filiolus *GODEFRIDVS III.*, qui auspiciato matrimonio cum *MARGARETHA*, *Henrici Limburgici* filia, contracto, nouis bonorum accessionibus sua haud parum auxit, a) filiumque *HENRICVM* circa annum MCLXXII. in consortium Imperii Ducatus assumpsit. b) Cum fratre *ALBERTO* paternam hereditatem transegit, eique *Hugonis* auunculi hereditatem omnem permisit. Ea non solum bona patrimonialia, *Mouha & Waleue* cum *Comitatu Daxburgensi*, Imperii beneficio, comprehendebantur, sed accedebant etiam bona, quae a *Metensium Praefule* beneficiarii iure *Comites* illi tenuerant. c) Posthabitis deinde seculi rebus, Ducatum

e) *BVTKENS aux Trophées Tom. I. L. IX. pag. 647.*

## Ad §. XII.

a) Tum *Godefridus III.* accepit *Castrum & Terram Rode* cum *Praefectura Trudonensi*, quae ex reliquis amissi Ducatus *Lotharingici Limburgensis* retinuerat. Vid. *VALESIVS Notit. Gall. voc. Loth. p. 287.* His addita dimidia pars bonorum, quae *Dux* inter *Rhenum, Mosam & Mosellam* patrimonii iure tenebat, quae deinde *Henrico II. Brabantiae Ducis* a. 1191 tradita fuere. Vid. *BTKENS T. I. aux Préveux pag. 45. & 46. Fr. MARREVS T. I. pag. 224. Chron. Belg. ad a. 1152. ? B. GRAMAYE Histor. Brabant. cap. VIII. ibi :* „ Restabat verus

b) *BVTKENS T. I. L. IV. cap. 3. pag. 128.* „ Envers ce temps nostre Duc associa „ au gouvernement de ses Etats son „ fils aîné *Henry* : car en certaine lettre de l'an 1172, (par laquelle Lam-

„ bete — — — donne a l'Eglise d'An- „ derlecht certain alleu pour son Anniversaire) est expressement dict, que „ la dicte donation se fit du Regne de „ l'Empereur *Fridric*, estans *Duc* *Godefrid* „ de *Lothier* & son fils l'illustre *Henry*, „ Conf. IDEM *Tom. I. L. IV. cap. 4. p. 143.* „ *Henry* commença a prendre le titre „ du *Duc* de *Lothier* encore du vivant „ de son *Pere*, comme l'on voit par divers letrages, & particulièrement en „ vne Charte de l'an 1180, par laquelle „ le en ceste qualité il declare, caetera. Plura diplomata huius generis occurrunt *diff. L. IV. cap. 4. p. 143. & p. 144.* Conf. *GRAMAYE l. c. & in Louanio pag. 6.*

c) *BVTKENS T. I. L. IX. p. 647.* „ *Albert* „ de *Lovain*, *Comte* de *Daesbourg*, de „ *Mouha* & de *Mets* : *Sire* de *Waleue*, „ — — — estoit fils de *Godefrid* II. „ *Duc* de *Lothier* & *Brabant* & de *Lutgarde* sa femme. — — — Estant son „ oncle *Hugue*, *Comte* de *Daesbourg* „ & *Mouha* trepassé en l'an 1172, sans „ laisser enfant, il succeda aux alleus de „ *Mouha & Waleue*, & l'Empereur *Frederic I.* lui donna aussi la *Comté* „ de *Daesbourg* & encore après obtint „ de l'Evêque de *Mets* tous les fiefs, „ que son dict Oncle avoit tenu de son „ Eglise, avec la *Comté* de la dicte ville. „ Præter iam memorata *AL-*



catum Godefridus filio concessit, quem ille ab hoc tempore solus rexit. d)

## §. XIII.

HENRICO I. praeter germanum, ALBERTVM, Leodiensium Episcopum, WILHELMVS & GODEFRIDVS, a) quos Godefridus Dux ex IMMA, Ludouici, Loffensium Comitis, filia, procreauerat, fratres erant. Wilhelmo Dynastiae Parisium & Rubruckum cum aliis bonis haud parui momenti, ex paterna hereditate a fratre relictae. b) Non minus cum Godefrido de hereditate transactum constat, quamuis de conditionibus bonisque ei traditis res non satis expedita sit. c) De Henrico I. iam supra

I 2

pra

ALBERTO nonnulla ex paterna hereditate obuenient. KOPPIVS Alberto fratrem, Hagonem, focium ac coherentem addit, de quo tamen ipsi, praeter nomen, nihil innouit. Nec eo tempore, quo Alberto auunculi hereditas cessit, inter viuos fuisse videtur: IDEM terras illas Godefridi fratribus natu minoribus *apanagi iure* tradidas, afferuit, de qua re alii iudicent. Conf. §. XXVII. Certissimum enim est, Albertum has terras pleno iure tenuisse, nihilque Duci in eas relictum fuisse, quamquam insecuis temporibus Henricum I. Ducem adpositis nonnullis conditionibus, heredem scripserit. Vid. BVTKENS T. I. in Probat. p. 234. ibi: *Ego Adelbertus, Dei gratia Comes Metensis & de Dambourg, Karissimum nepotem meum, Ducem Lotharingiae, constitui heredem de Castro meo Dambourg & Abbatia de Hessen, de Castro Gerbarden, Abbatia de Altois, de Castro de Drotein, caetera. Praeterea de Comitatu & Aduocacia -- de Metis -- Pro bonis liquidem istis Dux iuuabit Comitem de omnibus negotiis, tam pecunia, quam hominibus, pro posse suo, tam in Alsatia, quam in Brabantia. Praeterea Dux dabit Comiti pro bonis istis -- -- XV millia marcarum -- -- Excipitur tamen totum feudum, quod Comes ab Imperio tenuit, & allodium de Masal & Waleue, quae Dux cum armentibus omnibus liberè habet & absolute, si Comes sine legitimo sui corporis decedat herede. Sed in alio diplomate haec*

verba leguntur: 122 D. „Albertus de Muha Allodium suum Muha & Waleue -- ad honorem Dei -- Ecclesiae Leodiensis contulit liberè & absolute. Vid. BVTKENS L. IX. pag. 647. ubi refert, Alberti filios A. 1201 perisse.

d) BVTKENS T. I. pag. 144.

## Ad §. XIII.

- a) DIVVS his iungit Henricum, Dominum de Cuyck, additque: „ad quem, quo iure hoc Dominium peruenerit, nondum reperi.
- b) BVTKENS Tom. I. Lib. VIII. pag. 627. „Willame de Lovain, Sire de Perweys, Ruysbroeck &c. etoit fils de Godefroy III. Duc de Lothier & Brabant, né d'Imaine de Los, sa seconde femme, &c eust pour partage les terres de Perweys, Ruysbroeck &c. tres. Add. SUPPLEMENT aux Trophées du Duché de Brabant. T. II. L. I. pag. 17. ibi: „Godefroy III. Duc de Lothier & de Brabant donna pour sa portion hereditaire a son fils Guillaume de Louvain, qu'il avoit eu d'Imaine de Los, Perweys, Ruysbroeck & autres lieux: ses successeurs ont été les bienfaiteurs distingués de Couvent de Villert, Argenton & Rameye. Conf. CHRONICON NIVELLENSE l. c.
- c) BVTKENS T. I. Lib. IV. cap. 3. pag. 137. „Il ne m'est apparu, si de lui, ou de son fils Godefroy, est demeurée aucune postérité, ni aussi quelles Terres ou Seigneuries ils pevent avoir possédé, estant chose deplorable, que la petite curiosité de nos ancestres nous ait

, laissé

pra (§. X.) obseruauimus, primum eum Brabantiae Ducis titulo ornatum, quo deinde cum posteris, praemisso tamen Ducatus Lotharingici elogio, vñs fit. d) PHILIPPO Rege donante, feminis suae Gentis ius in bona, quae beneficii iure ab Imperio tenebat, succedendi, impetrauit, quod priuilegium a successibus Philippi repetitum atque confirmatum in diplomatibus Brabantinis legitur. e)

## §. XIV.

Henrico I. A. MCCXXXV. extincto filius HENRICVS II. in Ducatu successit. Is sequenti anno cum fratre GODEFRIDO paternam maternam-

„ laissé en ce Labirinthe., De eo tamen notat *J. B. GRAMAYE in Antiquit. Gallo-Brabantiae p. 23. seq.* „ GODEFRIDUS III. Dux, cognominis filio „ Patrem cum aliis pluribus trans „ scripsit, cuius posterii Villarii, Argentoniae, Ramoyae Conobiorum dotatores eximi fuerunt.

d) Conf. §. XI. not. e). *BYTKENS T. I. L. II. c. 4. pag. 99.* vbi addit: „ Il fut „ aussi le premier des nos Ducs, qui en „ son Escu porta le Lion de Brabant, „ comme l'on peut reconnoître par les „ séaux. Son frere toutes fois le Siet de Perweys portoit en son séel la „ fauce, comme marque des anciens „ Comtes de Brabant & Lovain, combien qu'aux séaux, des Ducs & Comtes „ precedents l'on ne trouue aucun „ signe, peut estre a cause, que la Coustume ne le portoit pour lors.

e) Diploma PHILIPPI habet *BYTKENS aux Preuves des Trophées, Aub. MIRÆVS Opp. diplom. T. I. alii.* In eo non vnus filiae natu maioris tantum fit mentio, quo stilo alias accurate vniuntur diplomata, quibus simile priuilegium iis familiaribus conceditur, quae, remota omni diuisione, Principatum ei tantum detulerunt, cui nascendi fors primam inter filios Principis locum permisit. Verba diplomatæ, quae huc faciunt, referre non poenitebit? „ Insuper regia „ auctoritate nostra statuimus, & memorato Duci concedimus, vt filiae „ suae, si masculum heredem non habuerit, in feodis suis libere ei, tamquam masculi succedant. „ Austriae Ducibus FRIDERICVS I. Caesar priuile-

gium dederat. „ vt, si Dux Austriae sine „ herede filio decesserit, idem Ducatus „ ad seniore filiam, quam relinquere „ ret, deuoluetur. Vid. *CUSPINIANVS in Austria pag. 33. MIRÆVS Cod. donat. Belg. L. II. cap. 52.* Non minus ADOLPHVS Rex A. 1295 REINALDO, Geltriae Comiti, concessit: „ Casu, quo „ sine prole mascula ab hac luce migraret, vt filiarum eius maior natu ei „ succederet in Comitatu & in aliis feudis ab Imperio dependentibus. Vid. *CHIFLETIUS in Lotharingia masculina cap. I. FRIDERICI II. priuilegium, OTTONI II, Brunsvicensium Duci, A. 1235 datum, exhibuit MEIBOMIUS in Historia erectionis Ducatus Brunsvicensis T. III. Scriptor. rer. German. pag. 206. & SCHATERIUS in Annal. Paderborn. L. XI. pag. 25.* In iam adducto priuilegio PHILIPPVS illud constituit, vt, si stirps Brabantiae Principum in masculis extincta esset, feminae eodem iure in feuda Imperii succedere debeant, quo illis bona patrimonialia suae gentis accipere tum quidem permitteretur, seruata eadem successiois lege, qua masculi successerant. Norum enim est, eiusmodi priuilegia ordini succedendi, in illa gente, cui tribuuntur, iam antea recepto, accommodari, eiusque rationem imprimis haberi, adeo, vt haec inde intelligere & interpretari debeamus. Illud vero ea, quae iam adduximus, imprimis exempla filiae *Ausfridi* (§. VI. not. b), filiarum *Henrici I.* (§. VII. \*) & *Henrici III.* (§. IX. not. b) Comitum Louanensium satis loquuntur.



ternamque hereditatem, interposita conuentione, partitus est, concessit ei terris ac terrarum prouentibus, ex quibus summa mille librarum monetæ Louaniensis quorannis conticiebatur. \*) Godefridus vicissim fratri omne ius, quod ei in hereditatem, tam a Patre, quam a Matre sibi delatam, adhuc competebat, sollempni formula remisit. a) Terris ei concessis *Dynastia* de LEEWE annumerata, quam consuetæ iurium accessione tenuit. b) DINTERVS, rerum Burgundicarum grauis auctor, Godefrido

K

HENRI

## Ad §. XIV.

\*) BYTKENS *T. I. L. VII. cap. 1. pag. 399.*  
 Godefröy, Sire de Louain, Leewe,  
 Gaesbeke caeter. eroit frere Germain de  
 Henry II. Duc de Brabant — — en  
 l'an 1236. — — il composa avec le  
 Duc son frere sur l'heritage, que lui  
 pouvoit toucher de la succession du  
 Duc Henry I. son Pere, trepassé l'an  
 née de devant, & lui assigna le Duc  
 son frere mille livres de Louain en  
 homage, a sçavoir six cents livres en  
 rentes, & les quatre cents en biens,  
 & parmi ce nostre Prince renouça a  
 toute succession de son Pere & Mere  
 signés ne soient autrement exprimés  
 aux dictes lettres, il est toutes fois  
 certain qu'entre iceux fut la terre de  
 Leewe, & ce qu'en depend, avec  
 quelques cens & rentes sur la ville de  
 Louain, a cause, de quoi vraisemblable-  
 ment il print titre de Sire de Lo-  
 uain, qualité qu'aucuns de ses suc-  
 cesseurs se sont encore attribués. »  
 IDEM *Tom. II. L. III. pag. 43. ibi:* » la  
 Terre de Gaesbeke comprend dix &  
 sept villages & vn tres beau Chasteau  
 situé en deux grosses lieues de Bru-  
 xelles, tirant vers l'Haynau. Gode-  
 froy de Louain recut en partage la  
 terre de Leewe — — & ses appen-  
 dences de son frere Henry II., caeter.  
 Add. P. DIVVS L. II.  
 a) Chartam a Godefrido tum editam ha-  
 bet BYTKENS *Tom. I. aux Preuves des  
 Trophées pag. 212.* » Ego Godefridus de  
 Louanio, frater Domini Henrici, Dei  
 gratia Ducis Lotharingiae, caeter. Quod  
 talem compositionem feci cum prae-  
 dicto fratre meo, super bonis, post  
 mortem castissimi patris mei, quon-  
 dam Domini Henrici, Ducis Lotha-

ringiae, scilicet quod idem Dux, fra-  
 ter meus, dedit mihi mille libras Lo-  
 uanienſis annuatim in homagium,  
 sexcentas in denariis & quadringen-  
 tas in bonis, & ITA ABBREVIACIUI  
 RELIQUA HEREDITATE A PATRE ET  
 MATRE DEVOLUTA — — Acta sunt  
 anno Domini MCCXXXVI. in Vigi-  
 lia beati Martini.  
 b) BYTKENS *d. pag. 399.* Quod euin-  
 dit etiam diploma Godefridi *A. 1231. da-  
 tum ap. EVNDEM d. T. I. in Prob. p. 212.*  
 & *Oliv. VREDIVM in Genealog. Comit.  
 Flandriae Part. I. pag. 242.* in verbis:  
 Notum sit — — Quod Ego Gode-  
 fridus de Louanio, Dominus de Lee-  
 we, & Maria vxor mea — — lex  
 bonaria, tam terrae arabilis, quam  
 prati iacentis, in loco, qui dicitur Ob-  
 bigarden super Zonam, in Parrochia  
 de Leewe, quae nostri fuerant iuris,  
 & in quibus habuimus iustitiam ma-  
 iorem & minorem, Abbatissae & Mo-  
 nialibus de monte S. Mariae in pu-  
 ram contulimus elemosynam, ad  
 construendum & aedificandum sibi  
 ibidem Monasterium Monialium Or-  
 dinis Cisterciensis. » Conf. MIRAVS  
*in Donat. Belg. Opp. dipl. T. I. pag. 423.*  
 Aliud diploma Godefridi eodem anno  
 datum vid. *IBID. Opp. dipl. T. II. p. 997.*  
 Nec minus commemorati meretur di-  
 ploma a. 1238. apud *Oliv. VREDIVM  
 dict. loc.*, quo pia donatio confirmatur,  
 his verbis: » Godefridus de Louanio,  
 Henrici, Ducis Lotharingiae, frater:  
 — — Vniuersitati vestrae declara-  
 mus, quod Johannes de Zona, in no-  
 stra & Scabinorum nostrorum de Lee-  
 wes praesentia constitutus, omne ius  
 hereditarium, quod contingebat ei  
 in decem bonariis terrae iacentis  
 apud Zonam, caetera. Eius suc-  
 cessores

HENRICVM de *Herstallio* fratrem addit. c) Eum non minus partem hereditatis accepisse, fratribus tamen superflitem haud fuisse, constat. HENRICVS II. priore matrimonio MARIAM, PHILIPPI Regis filiam, coniugem habuit. d) Hac defuncta, SOPHIAM, Ludouico, *Thuringiae Landgrano* ac *Elisabethae*, parentibus in sanctorum numerum relatis natam, (serenissimorum Hassiae Principum matrem futuram) Francofurti A. MCCXLII. ei desponsam, auspiciatissimo connubio sibi iunxit. e)

## §. XV.

Henricus II. ex coniuge Maria HENRICVM & PHILIPPVM, propera quidem morte, vt videtur, iterum extinctum, filios suscepit. Ex secundo matrimonio natum HENRICVM, Sophiae *Thuringiae* filium, *Brabantiae Hassiaeque Annales* aeque celebrant. a) Eum paternae hereditatis participem factum fuisse, nusquam legitur. Nec de causa huius rei magis constat. Coniectura tamen rem obscuram assequi attentibus probabilissimum videtur, fratris impuberis ac, relictis patriis laribus, cum matre in Hassia degentis rationem parum habitam; Loci deinde longinquitatem difficiliorem rei executionem fecisse, impedimentoque haud dubie fuisse, quominus ius suum tueri ponerit. Accedebat recens Alberti, Comitis *Daxburgensis*, exemplum (§. XII), qui, acceptis bonis amplissimae hereditatis, post auunculi obitum sibi & fratri, Duci, simul delatae, paternum patrimonium tantum non omne huic permiserat. Hoc fortassis Henrico, iurium suorum strenuo quidem

cessores eodem virulo gaudent, aucto tamen accessione domini de *Gaebec & Herstall*, quo vltimo post obitum *Henrici de Herstall* potius videntur. In alio diplomate, quod anno 1245 datum legitur, hic titulus occurrit: „*Godefridus, Dominus de Baucogniet.*“ Vid. *BYTKENS* *diss.* loc.

f) *DINTER* in *Chron. MSS.* ap. *VREDIVM* in *Genealog. Comitum Flandriae P. I. Probat. pag. 242.* „*Henricus I. Lotharingae & Brabantiae Dux, anno suorum Ducatum primo duxit Mathildem, filiam Matthaei, Comitis Boloniensis, de qua genuit tres filios, Henricum, suum in Ducatibus successorem; Godefridum de Lovanio & Henricum de Herstallio, & quatuor filias.*“ Conf. *CHRON. BELGICVM* ap. *Wylf.* pag. 202.

d) *DIVÆVS & HARÆVS T. I. pag. 250.* *BYTKENS L. IV. c. 5. p. 229.*

e) Testatur hoc *BYTKENS l. c. & SPERNÆVS d. l. p. 650.* Add. *MONVMB.*

TA MONASTERII REINHARDSBORN. n. 57. in *THYRINGIA SACRA p. 105.* *Henrici Soror, Mathildis*, primis nuptiis Comiti Palatino Rheni ac *Bauariae Duci*, secundis vero *Florentio, Hollandiae Comiti*, sociata erat. Vid. *DINTERI Chron. MSS.* ap. *VREDIVM* in *Genealog. Comit. Flandr. P. I. Probat. p. 243.* ibi: „*Quarta vero filia Henrici, nomine Mathildis; duxit primo Comitem Palatinum Rheni ac Ducem Bauariae.*“ Quo sine prole defuncto, duxit *ERMENTIVM, Comitem Hollandiae*, patrem *Guilhelmi, Regis Romanorum.*

## Ad §. XV.

a) Conf. *BYTKENS T. I. L. VI. pag. 592.* *HADR. BARLANDVS cap. XL. Francisc. HARÆVS T. I. pag. 250.* ibique *DIVÆVS. BLONDELLVS Assert. Geneal. Franc. pag. 273. seq.* Vid. *instr. §. XVII. not. g).*



dem vindici, sed procul a Brabantia degenti & impedito, obiectum. Certe, chartam illam, qua Henricus parentis hereditatem fratri reliquisset dicitur, ordo succedendi in Brabantia eiusque Ducali Gente obferuatus, (§. XXVII) cum reliquis Germaniae iuribus accurate conspiciens, falsam arguit, ad quam proinde contra fidem tot diplomatum, ex quibus de communi fratrum iuniorum iure, diuisionum & transactionum, a fratribus de hereditate initarum, exemplis quamplurimis testato, clarissime constat, frustra prouocari, facile animaduertitur. b)

## §. XVI.

Henricus III. A. MCCLX decessit, HENRICO, JOHANNE & GODEFRIDO, filiis impuberibus, relictiis. Horum tutelam proximiores e Ducali familia, inter quos imprimis HENRICVS, Hassiae Princeps, suscepertunt. a) *Henricum*, natu maximum filium, mater *Aleydis*, assentientibus nonnullis e Brabantiae Proceribus, Ducatu excludit, b) mouitque, vt fratri *Johanni* illum sollempni ritu concederet, c) tardum Henrici ingenium, vicissimque insignes animi dotes, quibus Imperio terrarum Johannes aptior esset, causam obtendens. GODEFRIDVS, filiorum Henrici III. natu minimus, ex Conuentione, cum *Johanne A. MCCLXXXIV* de hereditate inita, *Comitatum Arschotanium*, nec non *Dy-*

K 2 nastias,

b) Henrico ex parentis hereditate, compensatione aliarum rerum quicquam obuonisse, non reperio, cui non minus incongrua ac ieiuna formula memoratae chartae refragatur; in quo sane magnum falsitatis eius indicium deprehenditur. Praeterea, vbi nam locorum extiter illa formula, quae, licet optime comparata esset, tamen in gratiam *Johannis I.* & stupis eius villis, intuitu iuris illius, quod Henrico Brabantino in patris hereditatem tum competebar, tantum composita fuisset, nemini constat.

## Ad §. XVI.

a) Hoc diplomata nonnulla horum Principum contra suspectam recentiorum scripturorum fidem satis euincunt.

b) *BVTIKENS T. I. L. IV. c. 6. pag. 270.*  
HENRY, Prince de Brabant, quoui qu'il etoit fils aisné, ne succeda a son Pere, ains par les menées de la Duchesse Aleyde fut reiecté par aucuns des Erats pour n'auoir la naissance & promptitude d'Esprit esgale a son frere JEAN, qui etoit bien chéri de leur mere. Et pag. 280. Et fur

» tout la Duchesse pouloit cet affaire  
» pour particuliere affection qu'elle  
» avoit au Prince Jean. Conf. *Francisc.*  
*HARAVS T. I. p. 268. seq.*

c) Conf. *Francis. HARAVS d. T. I. pag. 273. BVTIKENS c. I. & in Probationibus*, tibi Nouerit vniuersitas vestra, quod Henricus, primogenitus filius Henrici, quondam Ducis Brabantiae, magnae memoriae, in nostra propter hoc & plurium milium & Burgensium & aliorum hominum terrae Brabantiae constitutus praesentia, ius, quod habebat, vel quod sibi competebar in Ducatu Brabantiae & eius attinentiis siue pertinentiis, in homagiis, hominibus, oppidis, villis, castris, censibus, redditibus, teloneis siue pedagiis & aliis iuribus, quocunque nomine censentur, *Johanni*, fratri suo, secundo post ipsum genito, liberé & spontanéé donauit, donatione inter viuos, nihil iuris sibi referuans in iisdem, & praemissa guerpiuit & effectucavit ad opus *Johannis* praedicti, caetera. *Actum & datum apud Cameracum a. 1267.* Add. LITTERAE RICHARDI Regis cod. ann. datae IBID.

*nastias, Sicheniensem, Bierbacensem, Rodiae S. Agathae, caet. recepit. His  
suprema iurisdicção cum aliis summae potestatis iuribus accessit. Prae-  
terea ingens pecuniae summa addita, quae singulis annis ex certis praediis  
ei exsolueretur, quaeque cum proventibus propriarum terrarum  
summam III M librarum pecuniae Louanienfis annuatim conficeret. d)  
Ipse vero reliqua hereditate, sollempni formula composita, se abdicauit. e)*

Non

- d) Vid. *Pet. DIVÆVS Rer. Brabant. L. II.*  
 „ Facta posthaec *DIVISIO* inter Jo-  
 „ hannem & Godefridum fratres. Jo-  
 „ hanni Ducarus Lotharingiae ac Braban-  
 „ tinae permansit. Godefrido vero  
 „ Dominia Arschotanium, Bierbachense,  
 „ Sicheniense ac Rodiae S. Achatae af-  
 „ signata: qui, quaesito remotiore con-  
 „ nubio, filiam Comitis Virsonii in Bi-  
 „ turigibus Galliae uxorem duxit. »  
 „ Add. *FR. HARÆVS T. I. p. 274. & 295.*  
 „ *BYTKENS Tom. I. L. V. cap. 1. pag. 573.*  
 „ Jean le premier, Duc de Brabant, par  
 „ ses lettres données a Bruxelles l'1284.  
 „ lui (Godefrido) donna en partage la  
 „ somme de trois mille livres de terre,  
 „ rente annuelle, la quelle somme il  
 „ lui assigna en hautes & basses justices,  
 „ en cens, en rentes, en terres, pres, eaux,  
 „ Bois, vignes, en homages & autres  
 „ iurisdicções es villes & villages  
 „ d'Aerschot, Betecom, Werde, Lancel-  
 „ dorp, Testels, Misselbroeck, Rillaer,  
 „ Nurode, Houwert, Tielr, Sighne,  
 „ Beckevoirt, Mollenbecke, Warts-  
 „ bece, Waenrode, Miscoom, Bierbeke,  
 „ Mellin, Ham, Neten & Neren waerde  
 „ sur la Thiele, Vaelbecke avec la mai-  
 „ son & vivier, & la haute forest sans  
 „ prise, Ofsenborch & la haute justice  
 „ a Gelrode, avec tout ce que le Duc  
 „ avoit es dites villes, villages & ter-  
 „ res; Waverte avec le bois de Meer-  
 „ dael, les bois nommés Spreed &  
 „ Bercent & le petit bois de Vaebeke. »  
 „ caetera *IDEM T. II. Lib. III. pag. 201.*  
 „ Jean, Duc de Brabant, assigna a Gode-  
 „ froy, Sire d'Aerschot, la Principale ju-  
 „ risdiction & grands biens en la terre  
 „ de Burbais, par ou la posterité se font  
 „ souvant qualifiés Sires & Baron de  
 „ Bierbecke. » *IDEM d. T. II. L. II.*  
 „ cap. 72. „ La Comté d'Aerschot fut pre-  
 „ mierement assignée en partage en l'an  
 „ 1284 par Jean, Duc de Brabant, a son  
 „ frere Godefroy de Brabant. » Conf.  
 „ *B. GRAMAYE in Arschoto, Antiq.*  
 „ *Brabant. p. 51. seq.* „ Henricus III. Braban-  
 „ tianae Dux, filio suo minori Arschot-  
 „ tum *HEREDITARIAE PORTIONIS*  
 „ *LOCO* cum aliis multis pagis assigna-  
 „ vit. Add. *EVND. in Bierbece p. 69.*  
 „ ubi idem de *Dynastia Bierbece* notat,  
 „ nec non in *Louano*, quo loco simul *Dyn-*  
 „ *nastiam Rodum S. Agathae*, satis am-  
 „ plam describit. *Comitatum Arschota-*  
 „ *num GODEFRIDVS III.* anno 1172  
 „ emtionis iure acquisitum, patrimonio  
 „ suo adinherat. Vid. *BYTKENS d. Tom. II.*  
 „ *pag. 46.* „ Cette terre avoit ci-devant  
 „ des Seigneurs particuliers fort rele-  
 „ vés, qui portoiert le titre de Comtes  
 „ d'Aerschot jusques en l'an 1172,  
 „ que Godefroy, Comte d'Aerschot,  
 „ vendict ceste Comté pour s'armer  
 „ pour la guerre de terre sainte, au  
 „ Duc Godefroy III. „ Eundem comi-  
 „ tatum *CAROLVS V. Imperator A. 1533*  
 „ Ducatus iure & insignibus concedera-  
 „ vit, quod pluribus verbis commemorat  
 „ *BYTKENS d. p. 46. Add. L. IV. p. 255.*  
 „ Conf. *Lud. GVICCIARDINVS in De-*  
 „ *script. Belgii. & Fr. SYVERTIUS in*  
 „ *Movumentis Ducatus Brabantiae p. 10.*  
 „ e) Diploma Godefridi de hac re conferi-  
 „ ptum habet *BYTKENS T. I. aux Pre-*  
 „ *uves des Trophées pag. 206. ibi: „ GODE-*  
 „ *FROY DE BRABANT, SEIGNEVR D'AER-*  
 „ *SCHOT ET DE VIERSON — — sça-*  
 „ *voir faisons, que comme nostre cher*  
 „ *Seigneur & Frere le Duc de Brabant,*  
 „ *NOVS AIT DONNE EN PARCHON DES*  
 „ *BIENS ET DE LA TERRE, QUE A LVI*  
 „ *ET A NOVS EST ESCHEVS DE LA*  
 „ *SUCCESSION DE NOSTRE CHER SEIGNEVR*  
 „ *ET PERE de bonne memoire Henry,*  
 „ *jadis Duc de Lothier & Brabant, trois*  
 „ *mille livres de terre au tournois, quatre*  
 „ *tournois*



Non desunt tamen indubitata rerum testimonia, quae Godefridum iam ante annum MCCLXXXIV. memoratas terras tenuisse, produunt. *f*) Incrementis, quibus Johannes I. sua multum auxit, *Ducatus Limburgicus* imprimis accensendus videtur, *g*) quem a reliquo Brabantiae corpore seunctum, cum posteris tenuit. *h*)

L

§. XVII.

20 tournois a compter pour vn Esterlin,  
21 & de tout il nous at fait bon assen-  
22 tement & suffisant, par ses lettres ou-  
23 vertes, que nous avons de lui sur ce.  
24 Nous parmi l'assentement suffisant de  
25 la somme devant dicte nous tenons  
26 de nostre cher Seigneur & Frere de-  
27 vant dict a bien payé. & RENONÇONS  
28 PARTANT A CHEVANCE, ET A TOUTE  
29 LA DROICTVRE, QUE NOVS AVONS, OV  
30 AVOIR POVVONS DE LA SVCCESION  
31 DE NOSTRE DICT SEIGNER ET PERE  
32 jusques aujourd'uis. En temoignage  
33 des quelles choses nous avons ces  
34 presentes lettres sceillées de nostres  
35 seau, données en l'an --- 1284. 35  
36 Add. *Diploma Johannis II. Ducis* de eod.  
37 ann. apud *BYTKENS* *dist. loc.* Mouere  
38 haec *Pet. STOCKMANNVM*, ut diuisions  
39 cum fratribus iunioribus a Bra-  
40 bantiae Ducibus susceptas fateretur, licet  
41 antea apanagia illis tantum tributa  
42 fuisse assereret. Ita enim ille in *cit. Tr.*  
43 *de jure deulnt. P. III. cap. V.* „In qui-  
44 bus instrumentis iam relatis, etsi ne-  
45 gari non possit, comparere subinde  
46 verba *DIVISIONIS, PORTIONIS, SVC-*  
47 *CESSIONIS, ALIAQUE* eius generis,  
48 nihil tamen reperitur, quod significet  
49 ipsum Ducatum diuisioni subiectum  
50 esse, aut quotam ab eodem separatam  
51 aut abscessam fuisse. Quod nobis  
52 sufficit, qui non aliud agimus aut  
53 contendimus, quam negare, ipsum  
54 Ducatum tertiam partem diuisibili-  
55 lem esse. „ De indole vero & ratio-  
56 ne Ducatus Brabantiae supra §. X. plu-  
57 ribus actum. Non minus *Francis. HA-*  
58 *RÆVS T. I. p. 273.* cum *Pet. DIVÆO* diuisionem  
59 agnovit: in verbis: „Facta  
60 post haec *DIVISIO* INTER IOHANNEM  
61 ET GOTHEREDVM FRATRES CAET.

*f*) Diuisionem illam Godefridi nuptiae fortassis promouerant, quum antea pater-  
nam hereditatem, ex bonis & terris

patrimonialibus maxima parte constantem, cum fratre indiuisam teneret: Magis tamen est, ut credam, eum hoc anno secunda vice cum fratre pactum fuisse, quia in controuersia cum *Johanne de Arschot* suscepta, cuius *BYTKENS* aliique mentionem faciunt, nonnulla perdidit. Inde enim intelligitur, Godefridum Comitatum *Arshotanum* iam ab anno 1280 possedisse.

*g*) *CHRONICON NIVELLENSIS d. l. pag. 202.*  
„ Hic Johannes, Dux Loth. & Brabantiae, Princeps, Marchio, Gladiatoc  
„ Imperii & tandem *Dux de Limborch*  
„ effectus est. „ Rem omnem titulumque acquisiti Ducatus Limburgensis exposuit *BYTKENS T. I. p. 125. & 149.*  
„ & in *Probat. p. 45. seg.* nec non *L. IV. c. 5. pag. 297. 303.* Conf. *BARLANDVS cap. XLVI. Fr. HARÆVS T. I. p. 284. seg.* *MAG. CHRON. BELG. p. 276. 278. Olin. VREDDVS de Sigill. Comit. Flandr. p. 83. 84. J. B. GRAMAYE Hist. Brab. c. IX.* ibi: „ Johannes Limburgi Ducatum, emptionis iure ad se spectantem, contra Geldum eiusque auxiliatores armorum beneficio obtinuit. *Dau. BLONDELLVS d. T. II. pag. 134.* Limburgenses terras suas patrimonii imprimis iure tenebant. Ducalis tituli vero singularis ratio erat, de qua re egit *BYTKENS T. II. pag. 108. & T. II. p. 303. Dau. BLONDELLVS d. l.*

*h*) Inde *WENCESLAVS & CONIUX IOHANNABRABANTIAE* Proceribus A. 1255. promittere debebant, „ se Ducatum Limburgi, Dalhemum, Spremontem, Rodam, Carpos, *Wallebergam & Hosdenam* cum *BRABANTIAE* reliquæ corpore vituros. *HARÆVS T. I. pag. 330.* Non minus *PHILIPPVS AVDAX* pollicitus est, se *Antwerpiam Mechliniamque* perpetuo Brabantiae connexurum. *IDEM p. 372. BYTKENS d. T. I. pag. 468.* vbi promissum refert: „ quils

§. XVII.

Johannes I. A. MCCXCIV supremum vitae diem morte conficit. Heres ei filius vnicus JOHANNES II. \*) MARGARETHAM, filiam natu maximam, HENRICVS VII. Imperator, Lucemburgicae Gentis decus, in matrimonio habuit. 4) Johannes II. Mechliniam aliaque Brabantiae adiecit. b) Fato deinde functum A. MCCCXII. secutus filius vnicus JOHANNES III., eorum, quae parens possederat, ex asse heres. c) Tum JOHANNES, Bohemiae Rex, HENRICI VII. Imperatoris & MARGARETHAE BRABANTICAE filius, Brabantiae partem matris iure sibi deberi asseruit, haud dubie ad diuisiones; a Principibus Brabantiae frequentius susceptas, respiciens. d) Dux Proceribus rem permissurus erat. His Regis postulatio inaudita & iniqua visa, non ob eam quidem causam, quod Brabantia diuisionis expertus esset, sed, quod nullum ius successione filiae eiusque liberis, masculo superstite, deberi, rati essent. e) A. MCCCXXXVII Johannes Dux HENRICO, filio, Ducatum Limburgicum, Johanni, filio natu maximo, in tea donatum, cum Mechlinia omnique iure suo tradidit. f) Eo defuncto, GODEFRIDVS, fratribus super-

„ qu'ils tiendront la Duché de Lim-  
 „ bourg avec les terres de Daëlhem,  
 „ Rode, Spremont, Wasseberge &  
 „ Heusden vnies & conjointes insepa-  
 „ rablement au Duché de Brabant. „  
 Ad §. XVII.

\*) Johannes I. in armorum ludo, cui in Lutharingia superiore intererat, periit. Vid. *Francif. HARÆVS Tom. I. Anhal. Brab. p. 289.* E filijs Johannes tantum parenti superstes erat.

a) *PER. DIVÆVS & HARÆVS T. I. pag. 288. 299. CAROLI IV. Vita apud FREDERICVM in Scriptor. rer. Bohem. pag. 88. GYNDLINGIANA P. II. n. 7.*

b) *HARÆVS T. I. pag. 294. 296. 312. 313. 323. seq.*

c) *IDEM T. I. pag. 302. BYTKENS T. I. L. IV. c. 9.*

d) *PER. DIVÆVS & HARÆVS d. Tom. I. pag. 306. seq.* „ Inter haec Johannes, Bohemiae Rex, idem Comes Luceburgi, qui Henrico Imperatore ac Margaretha, filia Johannis I. Ducis, prodierat, Bruxellam venit: vbi in Concilio Ducis admiffus, partem sibi Ducatus Brabantiae debeti palam asseruit. *CONF. BYTKENS T. I. in Johanne III. L. IV. c. 9. p. 398. J. B. GRAMAYE Histor. Brab. cap. IX.* „ Johannes, Bohemiae Rex, filia Johannis I. Ducis, pro-

„ creatus, magno comitatu Bruxellam  
 „ veniens, magnam partem Brabantiae  
 „ titulo hereditariae portionis sibi ab  
 „ Ordinibus recusari — — — indigna-  
 „ batur.

e) *HARÆVS d. l.* „ Johanni per Rogatum a Lefeldalia, Cancellarium, virum discretissimum, responsum est; iniquam quam Duci Proceribusque videri Regis postulationem, cum id ab omni memoria inter Brabantinos obferuarum sit, ne, masculo superstite, feminis in Ducatu successione ius deuret interim offerre Ducem, vt Procerum Brabantiae, ac Jurisprudendum sententiae ea de re mos geratur. Quo intellectu, Rex ad minas conuersus, & se, quod iuris disceptatione non daretur, armis experiturum dicitans, statim Bruxella discessit, odium in Brabantinos altissimo corde premens, erupturum post aliquot annos, maximo vtriusque partis damno. „ *CONF. BYTKENS d. pag. 398.*

d) *BYTKENS T. I. p. 444. seq. HARÆVS pag. 325.* „ Clarui eo praelio Henrici, filij Johannis Ducis, virtus, quem Limburgi Ducatu & Mechlinia Pater donarat, & eo praelio equitem creatar. *CONF. OL. VREDIUS in General. Comit. Flandr. P. II. pag. 31.*



superstes, vtrumque accepit. Hoc tamen non minus praematura morte A. MCCCL sublato, moestissimus pater eo nunc animum atque cogitationem conuertit, vt, posthabita Brabantiae Principum virili stirpe, quae in Landgraviis Hassiae, ab Henrico II. eiusque filio, Henrico Brabantino, descendentibus (§. XV.) adhuc durabat, g) filias potius in vniuerso patrimonio haberet heredes. Hoc consilio JOHANNÆ, quae verustissima filiarum Wenceslao, Duci Luxemburgico, tum nupta erat, terras attribuit. MARGARETHAM, Ludouico, Flandriae Comiti, connubio iunctam, nec non MARIAM, Reinaldo, Gelro, sociaam, magnas pecuniae summas, in compensationem terrarum, quae filiis naru minoribus, loco portionis hereditariae, antea dari solebant, accipere voluit. h) Haec vero, mortuo A. MCCCLIII. Johanne, i) terras sibi non minus deberi crediderunt. k) Nec dubitauit Ludouicus, Flandriae

L 2

Comes,

g) Hoc quidem Scriptores Brabantini fatentur. Vid. BVTIKENS T. I. L. VI. pag. 392. in verbis: „Pour toutes fois au-  
cunement monstret la succession des  
PRINCES LANDGRAVES DE HESSE, ES-  
QUELS LE TRES HAUT ET TRES ILLV-  
STRE SANG DE DVCS DE BRABANT  
EST CONTINVE EN LIGNE MASCVLINE  
IUSQVES A PRESENT; j'ay bien voulu  
ici joindre, „ Addit IDEM eodem lo-  
co: que dans l'histoire d'Allemagne  
les VERTVS HEROIQUES EN GVERRE,  
POLICE ET RELIGION DE CESTE BRAN-  
che sont cognues & mentionnees. „  
Add. CHRON. NIVELL. d. l. pag. 201. Ol.  
VREDIVS in Genealog. Comit. Flandr. Tab.  
gen. VII. & in Probat. P. I. pag. 232. nec  
non DIVÆVS & HARÆVS T. I. p. 232.

h) BVTIKENS T. I. L. IV. c. 9. pag. 440. „Jean  
III faillist partage a ses trois filles  
en sorte, que Jenne l'aînée, Duchesse  
de Luxembourg auroit apres son tres-  
pas tous ses pays, Terres & Seigneu-  
ries entierement; Margarethe, Com-  
tesse de Flandres, sa seconde fille, au-  
roit POUR SA PART la somme de  
cent & vingt mille escus, & Marie,  
Duchesse de Gueldres, sa troisieme fille,  
quatre vingt mille escus, la quelle re-  
partition aiusi faire, l'Empereur Char-  
les a l'instance du Duc ratiffa & con-  
firmæ par lettres données a Toul l'an  
1354. „ Quae res tamen Brabantia-  
e Statibus non adeo expedita visa.  
Ita enim PET. DIVÆVS scribit: „ Anno  
1354, cum Johannes Dux int̄ aegritu-

„ dinem incidisset, Lovanii Convēna  
„ Ordinum diu deliberatum est, cui  
„ Imperium Regionis, si eum mori con-  
„ tingeret, deferretur, filiis eius paulo  
„ ante clatis. „

i) HARÆVS d. T. I. p. 327. ex Tongrensi de  
Rino, ibi: „ A 1355 obiit Johannes,  
„ Dux Brabantiae, qui locum & gentem  
„ suam summa tranquillitate rexit, se-  
„ pulsus in Monasterio Villariensi ---  
„ Habuit Dux iste tres filios, Margare-  
„ tham, nuptam Comiti Flandriae, Ma-  
„ riam, nuptam Reinaldo, Duci Gelriae,  
„ & Johannam, primogenitam, nuptam  
„ primum Wilhelmo, Comiti Hollan-  
„ diae, & post eius obitum Wenceslao,  
„ Duci Luxemburgensi, quod ita cura-  
„ nerat pater, futurum sperans, vt amici-  
„ tia magnorum Principum, quibus san-  
„ guine iunctus erat Wenceslaus, lon-  
„ gam suis relinqueret pacem, quod  
„ non ita evenit.

k) HARÆVS T. I. p. 330. „ Interea Ludouicus,  
„ Flandriae Comes, quod Wences-  
„ laum a Louaniensibus Ducem acce-  
„ pruni cognouisset, se vero, (licet Mar-  
„ garetham, Johanae sororem, duxit,  
„ set) in vniuersum Brabantia excludi,  
„ missis legatis, aliquam Brabantiae par-  
„ tem duci uxoris adscribi possulant.  
„ Legatis benigne habitus, responsum  
„ datum, vti Comes Mechliniam con-  
„ teneret, vbi cum Duce controuersiam  
„ componeret. „ Add. J. B. GRAMAYE  
d. lib. cap. X. & in Historia orbis & Pro-  
vincias Mechliniensis L. II. cap. 5. Olius

VREDIVS

Comes, quae perenti negata fuerant, graui bello vindicare. Quod vt componeret Johanna, pace A. MCCCLVII. pacta, Antwerpiam aliaque forori concessit, additumque, vt Comiti, quam diu viueret, *Brabantiae Ducis titulo* vti fas esset. l) Soror altera, Maria, terris a parente acceptis tandem acquieuisse videtur. m)

VREDVS in *Geneal. Comit. Flandr. P. II.*  
p. 198. A Johanna tum ad ius primo-  
geniturae, quod vocant, prouocatum  
fuisse, nusquam legitur. Nec Comiti  
oppositum, Brabantiam diuisioni obno-  
xiam haud esse.

- l) Vid. DIVÆVS & HARÆVS d. *Tom. I.*  
p. 337. vbi inter pacis condiciones: „Vt  
„Lutuanenses, Bruzelenses, Niuellen-  
„ses cum Thenensibus, singulis annis  
„Comiti, dum viueret, earum vrbium  
„impenfis per senas hebdomadas mi-  
„litarent — — Comiti, quoad viue-  
„ret, DVXIS BRABANTIAE TITULO,  
„BARONVM VREIVMQVE CONSILIO  
„ASSUMPTO, vti liceret. Eidem Du-  
„ces Mechliniam pro belli impenfis

„cederent. Margarethae, Comitris  
„vxori, Antwerpia cum vicis, Houa,  
„Wiltica, Berchemo, Ordtris, Vilmer-  
„donga, Scadebrouca, Lilloa, Beren-  
„draco, Burgstero, Sandstero, Seilla,  
„Dorna & Wineghemo doti assigna-  
„rentur. „ caet. Add. GRAMAYE d. l.  
„Jac. MARCHANTIVS de rebus Flandriae  
„memorabilibus. *Annalium sine Historiae*  
„*rerum Belgii T. II. pag. 83. & Olin. VRE-*  
„*dius de Sigillis Comit. Flandr. p. 59.* vbi  
„diplomata Ludouici, in quibus se DV-  
„CEM BRABANTIAE dominari. Add. IDEM  
„pag. 61.

m) Fr. HARÆVS d. T. pag. 337. & GRAMAYE  
*Histor. Brabant. cap. IX.*

## SECTIO II.

### De ordine succedendi Hassiae Principum, & iuribus ad vtramque Domum Hassiacam spectantibus.

#### SVMMA CAPITA.

§. XVIII. Mortuo IOHANNE III. Duce,  
eorum, qui ab Henrico III. descende-  
bant, vltimo, Domus Hassiaca, quae  
alterum tantum stirpis Principum Bra-  
bantiae constituit, laetis incrementis fir-  
mat. Post HENRICI I. obitum,  
OTTO & IOHANNES Hassiam inter se  
diuisam tenent.

§. XIX. Inde HENRICVS III., *ferreus*  
cognominatus, Ottonis filius, Johanni,  
III. Brabantiae Duci, superstes, Hassiam  
moderatur. Eum sequitur HERMAN-  
NVS, hunc vero LVDVICVS I., filius,  
ob iter in Brabantiam, quod a Brabantii-  
nis monitus, susceperat, celebris. Hu-  
ius filii, LVDVICVS II. & HENRICVS  
IV. paternam fortunam diuisas regunt.  
Henrici filius WILHELMVS III. sine  
liberis moritur. Ludouici filius WIL-

HELMVS II., *medius* dictus, vniuersam  
Gentis Hassiaca patrimonium filio  
PHILIPPO MAGNANIMO reliquit.

§. XX. Huius partem PHILIPPVS MA-  
GNANIMVS, celebri testamento con-  
dito, filiis distribuit, reliquum commune  
esse, simulque singulares huius commu-  
nionis rationes inter eos seruari, voluit.

§. XXI. PHILIPPI testamentum excipit  
Conuentio quatuor filiorum ac here-  
dum eius, qua illius capita sigillatim  
reperita, ea vero, quae in communione  
permanere debeant, accuratius descripta  
leguntur.

§. XXII. & XXIII. Quae hanc fratrum  
pactionem sequuntur, pacta & conuentio  
Hassiaca, omnia satis accurate definiunt  
& controuersis inter vtramque Domum  
Hassiacam agitatae finem imponunt.

§. XVIII.



## §. XVIII.

Mortuo JOHANNE III., qui vltimus ex posteris HENRICI III., filiorum Henrici II. vetustissimi, fuerat, Domus Hassiaca, Satore HENRICO BRABANTINO, Henrici III. fratre, primum orta, efflorescere & laevis incrementis magis firmari coepit. Accedebant ad materni generis splendorem tot amplissima decora AVGVSTÆ GENTIS CAROLINGIÆ, nec non eius, quae ad GISELBERTVM & RAGENARIVM sen., ex antiquissima Francorum Austrasiarum & deinde Lotharingorum stirpe prognatas, originem suam refert: quarum memoriam feri posteri non sine veneratione recolunt. Augebant haec gentilitia iura, quae ob eam causam in hanc Domum nunc conduxisse fortuna videbatur, vt cum illa ad vltimam posteritatem durarent. a) HENRICVS I. A. MCCXLVII. in Hassiam, avitam terram, cum matre SOPHIA (§. XIV. XV.) pervenerat, b) magno gaudio quaevisque honoribus a suis exceptus. c) Hassiae postea Imperator Principatus iura & dignitatem tribuit, d) quae tamen non obstant, quominus HENRICVS, morte apud Principes familias tum in vniuersum, sine discrimine terrarum, recepto, eam diuideret, ita quidem, vt extincto A. MCCCVIII. Henrico, OTTO & JOHANNES, filii, diuisam Hassiam aequali iure regerent, e) quam

M

## Ad §. XVIII.

a) De his Carolingici generis ornamentis singularibus egit Jo. Jac. CHEFFETVS in *Indicis Hispanis cap. III. IV. X. & passim*, nec non DAN. BLONDELLVS in *Assert. plen. Genealog. Franc. Tom. II. pag. 280. & 293.* quibus locis ea HASSIAE PRINCIPVVS & MISNENSIS SVVS ex sua quidem hypotheti tribuit: asserens „Si feminatum a Carolo Duce & Ludouico filio oriundarum ratio vlla habenda sit, Hassiae Landgrauis, Sophiae Thuringiae, & Misniae Marchiones, Judithae, quae Sophiae amita fuit, nepotes, primas ferre debent, „quamquam haec maiori certitudine iureque a GERBERGA, Caroli Lotharingi filia, deriuentur. Conf. supr. §. III. in fin. Jac. WILB. IMHOFF in *Not. Procer. Imp. Lib. IV. cap. 7. §. 2.* ibi: „HENRICVS, quem INFANTEM HASSIAE nominabant, vere magnae veterisque prosapiae & multarum imaginum fuisse, dicendus est. Vt pote paternam originem ad Giselbertum, nobilissimum sub Carolo Caluo in Ardennabus Comitem & splendidissimarum familiarum, ex quibus

reges & Imperatores orti sunt, auctorem, referens; Maternum vero sanguinem de Carolingorum incluto stemmate dicens. „

b) *Diploma Henrici Brabanti. datum apud Hersfeld. Persa sexta ante diem Pentecostes a. 1247.* Vid. J. P. KVCHENBECKER *Analect. Hass. Coll. IV. p. 266.* Add. *Historia Landgrauiorum Thuringiae cap. 34. ap. Pistorium.*

c) *Historia Landgrauiorum Thuring. d. c. 34. Georg. FABRICIVS Orig. Sax. L. VI. pag. 379. Wigand. GERSTENBERGER in Chronico Franckenbergenß ap. J. P. KVCHENBECKER Collect. V.*

d) Vid. *Diploma ADOLPHI Regis a. 1292. & Diploma GERHARDI Archi-Episcopi Mogunt. de eod. a apud Dn. ESTOR in Originibus Juris publ. Hassiaci §. XLII. & XLII.* Disputatum, an ipsam Hassiae Prouinciam, an tantum loca in diplomate expressa beneficii nexu a Caesare Hassiae Principes tum receperint. De qua re iam quidem non acturus sum. Conducent tamen, quae infra §. XXIV. not. d) dicta sunt.

e) Vid. Jo. Philip. KVCHENBECKER *Analect. Hass. Collect. VIII. pag. 374. B. ATR.*

MANH



deinde Otto, post fratris fata, solus tenuit. Ex filiis eius HENRICO III. ferroo, publicae rei cura relicta, reliquis terrae portiones assignatae. f)

Henricus ferreus JOHANNI III., cum quo stirps HENRICI III. Brabantiae Ducis, deliit, superstes fuit. Eum A. MCCCLXXVI. secutus HERMANNVS, fratris Ludouici filius, viuente adhuc Henrico Imperio terrarum admotus. a) Hermanno filius LVDOVICVS I. A. MCCCCXIII. successit, qui ad auitum Gentis suae Patrimonium a Brabantinis vocatus, iter armatis nonnullis ingressus est, vim tamen oppositam & difficillima omnia tenuit, quibus deterritus, omittere propositum, quam suorum graui molestia exequi, maluit. b) Hassiae Comitatum Ziegenheimsen & Niddanum adiecit, quae insignis terrarum accessio filios permouit, vt terras noua ratione diuiderent. Tum vero Hassia inferior cum Comitatu Ziegenheimsen LVDOVICO II. data: superior cum Niddano Comitatu HENRICO cessit. c) Hic nuptiis ANNÆ, Philippi senioris, Carimelibocensis & Diezenfis Comitis, filiae, rebus Hassiacis multum profuit, filiumque WILHELMVM III. iuniorum, heredem habuit. d) Ludouici II. terrae a filiis, WILHELMO I. & WILHELMO II., iterum diuisae. e) Quum vero Wilhelmus III. A. MD. fine

MANN in *Introductione in Historiam Hassianam* Sect. IV. cap. 2. §. 2. & cap. 1. §. 40. Dn. ESTOR in *Orig. Jur. publ. Hass.* §. 66.

f) B. AYRMANNVS d. cap. 2. §. 2. not. \*\*\* Dn. ESTOR in *Analect. Hass. Collect. II.* p. 270. & in *Origin. Jur. publ. Hass.* §. 67. Add. *Christ. Godfr. HOYMANNS Grund-Satze des Staats-Rechts Lib. IV. cap. 2. pag. 456.*

Ad §. XIX.

a) Vid. *Diplomata Henrici & Hermanni de a. 1371. 1372. & 1375. in Analect. Hass. Collect. II. p. 252. & Collect. V. p. 42. 59.*  
 b) Vid. *CHRON. THVRING. & HASS. apud Dn. DE SENCKENBERG Select. Jur. & Histor. Tam. III. pag. 417. in verbis:* „In dieser Zeit starb auch das Herzogthum Prabandt, ganz Erblöß, und waren nicht rechter oder neher Erben dazu, dan Langgraf Ludwigg zu Hessen der Fromme, und dem wart aus Prabandt Postschafft — gethan, dass er Keme vnd gebe ihnen einen Herrn aus Hessen in Prabandt, als sie zuvor aus Prabant in Hessen gethan hetten. Der Fürst verachtet das nicht, sondern reit mit 400 Pferden aus Hes-

sen, in Hoffunge Prabandt zu überkommen, caet. DILICH *Chron. Hass. ad a. 1429. ibi:* „Als auch vor dieser Zeit der letzte Herzog in Brabant, nemlich anno 1375. und nachmals 1405, seine Dichterin, mit Tod abgangen, und derwegen bis daher allerhand Unrath und Krieg der Succession halber vom Hauts Burgund — erregt worden, auch hierob endlich Landgraf Ludwig, als der nächst Agnat und Erb, das Land inzunehmen, von Staaten ersordert (worden), zog er mit 600. Pferd bis gen Ach., caetera. Add. V. ZECH *Europ. Herold P. I. S. II. c. 8. pag. 468.*

c) J. JUST. WINCKELMANN in der *Beschreibung des Fürstenthums Hessen P. I. cap. 5. ZECH d. I. B. AYRMANN P. IV. cap. 2. §. 13. Dn. ESTOR in Origin. Jur. publ. Hass. §. 66.*

d) WIG. GERSTENBERGER in *Chron. ap. P. RYCHENBECKER Analect. Collect. V. p. 237. Add. AVCTOR coaenus ap. Ennd. Collect. VI. p. 472. IMHOF. d. Cap. 7. §. 5.*

e) Vid. HARTMANN. in *Histor. Hass. p. 211. seq.*



sine prole decessisset, portio eius cum ea, quam Wilhelmus I. iure suo concedens, tenuerat, Wilhelmo II. accreuit, qui deinde vniuersas fortunas PHILIPPO, filio ac heredi vnico, reliquit.

PHILIPPVS, quem magni animi Principem Germaniae annales iustis laudibus concelebrant, vniuersum patrimonium Hassiacum, ex tot terris & auitis maiorum iuribus compositum, tenuit. Is celebri testamento A. MDLXII. condito, quatuor filios terrarum ac bonorum omnium scripsit heredes a) addiditque, ne hereditatem diuiderent, sed Principatum simul regerent. b) Si tamen hoc consilium displiceret, vel vna habitare nequirent, tum quidem proprias easque in hunc finem descriptas terrarum portiones singuli haberent, reliqua vero, quae portioibus illis non comprehenderentur, indiuisa tenerent. Ex his *Monasteria* atque *piae fundationes*, *Judicium auticum & prouocacionis*, quod *Marburgi* est. c) *Tabularium*, *Thesaurus*, d) *Debita Colonensis*, e) *Telonia* caet. ipse expressit, f) legemque adposuit, vt eius, qui sine stirpe virili de-

M 2 cessisset,

Ad §. XX.

- a) Vid. *sa. Christ. Lüna, im Reichs-Archiv, in der Fortsetzung der anderen Continuation T. IX. p. 779. verb.* „Wir ordnen aus Väterlichem Willen, das Unsere Vier Söhne, WILHELM, LUDWIG, PHILIP, vnd GEORGE, Unserer Lande, Leuth vnd Güther Erben seyn sollen, wie Wit einem jeglichen sein Theil in diesem Testament, vñ den Fall, so sie nicht bey ein in einem Haufs wohnen wollen vñd sich vertragen können, verordnet haben.“  
 b) *IBID.* „Unser Ermahnen vnd fleißig Bitten ist an Unsere Vier Söhne, WILHELM, LUDWIGEN, PHILIPSEN vnd GEORGEN, das Sie sich wollen freunden vñd wohl mit einander vergleichen vñd einig seyn — — vñd bedachte Vns das beste vor Sie seyn, das Sie bey einander Haufs bielten, wie die Herren von Weimar thun, vñd das Land nicht thelleten; Im Fall aber Sie nicht bey einander wohnen könnten oder wollten, so ist Unsere Väterlicher Wille, vñd Verordnung, das es also gehalten werden de.“ caet. *ibid.*  
 c) *IBID. p. 781.* „In Appellationis Sachen in den Fürstenthumben Hessen vñd

- allen zugehörigen Graffschaften, so Unsere Vier Söhne, Fürsten zu Hessen, ein jeder zu seinem Theil innen haben werden, sollen alle an das Hofgericht zu Marburg gehen, vñd solches Hofgericht von bemelten Unseren Vier Söhnen sämtlichen vñd sogleich bestellet und die Personen nominiret werden, vñd von einem jeden, darnach er viel Einkommens, pro rata seines Einkommens, vnterhalten werden.“ caet.  
 d) *IBID. pag. 781.* „Das übrige von Unserer *seiner Bauerschaft*, so noch ein statliches seyn wird, soll Landgraf WILHELM zu einem Vorrath behalten, ihm vñd seinen Bürdern zum Besten, ob sie jemand bekriegen wolte, sich damit defensive zu wehren. Conf. *in der Haupt-Accord de a. 1627. §. 5. IBID. pag. 829.*  
 e) *IBID. d. pag.* „Es sind *alte Cöllnische Schuld-Verschreibungen* auch da, was Unsere Vier Söhne von der Schuld mit gebühliches wegen erlangen, soll ihnen allen sämtlichen zum Besten kommen.“  
 f) *Eodem consilio additum* : vt in tributis Imperii exsoluendis, bello gerendo, vel si lis in iudicio cum aliquo petenda

cessisset, reliqui fratres heredes essent, eamque hereditatem, ut fratres deceret, transigerent. g) Ex quo nunc optimi Principis consilium satis manifestum redditur. Nimirum illud potissimum egerat, ut si communio hereditatis & Imperii consortium, ea quidem ratione, quae ipsi optima visa fuerat, haud procederent, tamen vtrumque in Gente Hassiaca alia ratione valeret, licet singuli Principes proprias terras aequali iure, propriisque nominibus regerent. Hoc deinde in reliquis Pactis atque Sanctionibus pragmaticis Hassiacis, quae ei, tanquam firmissimo fundamento, ex quo iura singulorum Hassiae Principum inuicem aestimari debeant, innotuerunt, accuratius expressum magisque declaratum legitur. h)

## §. XXI.

Agnouere voluntatem sapientissimi Principis filii, qui sollempni pacto paullo post eius obitum innito, eoque iurisiurandi religione firmato, constituerunt, se parentis testamentum supremam legem habituros, cui ipsi heredesque atque successores, Hassiae Principes, iuxta obtemperaturi sint. a) Quomagnis etiam paternae voluntatis & consilii ratio haberetur,

genda esset, causam omnes suscipere & auxilia pro modo facultatum ferre debeant. Conf. 7. 7. WYNCKELMANN P. I. cap. I. in fin. pag. 520. Dn. ESTOR in iure publ. Hass. hod. §. 41. ubi iura, quae induita permanere, recensentur.

g) IBD. pag. 781. ibi: „Welcher vnret denen vier Gebütern, so Vns von Frauen Christinen geböhren, ohne männliche Leibes-Erben mit Todt abgehens, sollen ihn die andern drey vnd noch lebende Gebüdere samentlichen erben, vnd sich, so viel die Erbichafft betrifft, mit ein freundlichen vnd brüderlichen vergleichen.

b) PHILIPPVS MAGNANIMVS Testamentum suo prudenti ac laudabili satis consilio, salutis, tum vniuersae Domus Hassiaca, tum speciatim singulorum Principum, heredum suorum, quos aequali amoris affectu prosequabatur, rationem habiturus erat. Eius supremam voluntatem ordo succedendi in Gente Hassiaca iam ab antiquis temporibus obseruatus, sustinuit. Accedebant Pacta Hassiae Principum sollempnia, quibus illa repetita eumque in modum confirmata atque corroborata legitur, ut quicquid iuris praecipui loco

vnus vel alter pacificentium ex pristina domus huius conditione, (in qua tamen secundum ius primogeniturae, vii vocant, nullo vnquam tempore successum, Vid. Dn. ESTOR in Origin. iur. publ. Hassiac. §. 66. 67. 68.) sibi deberi, credere permitteret, illud ei simul omnibus modis ademptum, ac, ut reliqua iura & bona Hassiaca, quae vel diuidi non potuere, vel aliam ob causam in medio relicta sunt, inter Principes pacificentes, aequali vbique iurium conditione ventres, communicatum fuisse, summa ratione asseratur. Conf. §. XXVIII. & XXIX.

## Ad §. XXI.

a) Hoc pactum, quod nomine dei Bruder-Vergleich und der Erberrung indigitatur, exhibet Jo. Christ. LÜNING in Archino Imperii, in der Fortsetzung der andern Continuation T. IX. pag. 779. ibi: „Und dann Wir befinden und erkennen, dass diese Väterliche Disposition und Verordnung nicht allein dieser Fürstentums löblichen Herkommen und obbemelter Häuser Sachsen und Hessen von undenklichen Jahren wohlhergebrachter und von Röm.

Kay-



rerur, singulis testamenti capitibus accurate repetitis, addidere, se feuda, quae a Caesare & Imperio, nec non ab Electoribus, reliquisque Principibus & Praefulibus teneant, nullo excepto, quouis tempore simul suscepturos & simultaneam inuestituram, vri vocant, cum heredibus & posteris, qui hac lege aequè obstricti esse debeant, perpetuo conservaturos. b) His sanctio accessit, ne quis eorum hereditum ac successorum auitas terras, castra, oppida, praefecturas, pagos, vectigalia, caer. sine reliquorum fratrum aut successorum eorum consensu, datis litteris, consueta signis munitis, declarato, venderet, donaret, in feudum daret, aut permutationis alicui titulo, iure hereditario alius concederet, c) neue, si ortae cum vicinis potentioribus controuersiae in actus violentos & bella facile erupturae sint, res sine consilio & consensu reliquorum tractaretur. d)

N §. XXII.

